


FLORUS
EDIT
ANTIQ








S. 14

4




*Hopetoun.*





LVTII FLORI GESTORVM ROMA
NORVM EPITHOMA INCIPIT.



POpulus romanus a rege Romulo in Cæsarem Augustum septingentos per annos tantum operũ pace belloq; gessit : ut si quis magnitudinẽ ĩpii cũ ãnis cõferat ætatẽ ultra putet: Ita late p orbẽ terraꝝ arma circũtulit:ut q res eius legũt:nõ unius populi sed generis hũani facta discãt. Nã tot laboribus piculisque iactatus ẽ:ut ad cõstituẽdũ eius ĩperiũ cõtẽdisse uirtus & fortuna uiderent. Quare cũ præcipue hoc quoq; sicut cætera:opæ preciũ sit cognoscere:tamẽ quia ipsa sibi obstat magnitudo rerũq; diuersitas aciẽ intẽtionis abrumpit:faciã quod solẽt:qui terraꝝ situs pingunt.in breui quasi tabella totam eius imaginem amplectar non nihil ut spero ad admirationẽ principis populi collaturus:si pariter atq; ĩ semet uniuersã magnitudinẽ eius ostẽdero. Si quis ergo populũ romanũ quasi hominẽ consideret:totãq; eius ætatẽ percenseat : ut cœperit : utque adoleuerit:

ut quasi ad quēdam iuuētæ florē puenerit: ut postea uelut cōsenuerit: quatuor gradus processusq; eius inueniet. Prima ætas sub regibus fuit prope. ccl. p ānos quibus circū ipsā matrē suā cū finitimis Luctatus ē. Hæc erit eius īfātia. Sequēs a bruto Collatinoq; cōsulibus in Appium Claudium Quintum Fuluiū cōsules. cc. ānos patet: quibus Italiā subegit. Hoc fuit tēpus uiris armisq; incitatissimū: Ideo quis adulescentiā dixerit. Dehinc ad Cæsarē Augustū. ccl. āni: qbus totū orbē pacauit. hic iā ipsa iuuēta īperii & q̄si quædā robusta maturitas. A Cæsare Augusto i sæculū nostrū: aut nō multo minus āni. cc. qbus inertia Cæsaꝝ quasi cōsenuit atq; decoxit: nisi q sub Traiano principe mouet lacertos. & præter spē ōniū senectus īperii quasi reddita iuuētute reuirescit.

Primus ille & urbis & imperii conditor Romulus fuit a Marte genitus & Rhea Siluia. hæc de se sacerdos grauida confessa est: nec mox fama dubitauit: cum Amulii imperio abiectus in profluētem cum Remo fratre nō potuit extingui. siquidem & tiberinus ānem repressit. & relictis catulis lupa uagitum secuta ubera admouit infātibus matremq; se gessit. sic repertos apud

arborē Fa1

arborē Faustulus regis pastor tulit in casam atque educauit. Alba tunc erat latio caput Iulii opus: Nā Lauiniū patris Eneæ contēp. serat. ab his Amulius iam septima sobole regnabat: fratre pulso Numitore: cuius ex filia Romulus. Igitur prima iuuente face patruū Amulium ab arce deturbat. auum reponit. ipse fluminis amator & montium: apud quos erat educatus mœnia nouæ urbis agitabat. gemini erāt. uter auspicaretur & regeret adhibuere piacula. Rhem9 mōtē auentinū: hic palatinū occupauit. prior ille sex uultures: hic postea sed duodecī uidit. sic uictor augurio urbē excitat: plenus spei bellatricem fore. ita illi assuetæ sanguini & prædæ aues pollicebantur. ad tutelā nouæ urbis sufficere uallum uidebatur: cuius dū irridet angustias Rhem9 idq; īcrepat saltu: dubium an iussu fratris occisus est. prima certe uictima fuit. munitionemque urbis nouæ sanguine suo consecrauit. imaginem urbis magisq̄ urbem fecerat. Incolæ deerāt. erat in proximo lucus. hunc asylum facit. & statim mira uis hominum latini tusciq; pastores: quidam & transmarini phryges: qui sub Enea Archades qui sub Euandro duce influxerant. Ita ex uariis quasi ele-

mẽtis cõgregauit corpus unum:p opulumq; romanũ ipse fecit:res erat unius ætatis:populus uiroꝝ. Itaq; matrimonia a finitimis petita:quia nõ impetrabãt':manu capta sũt. Simulatis quippe ludis equestribus:uirgĩes quæ ad spectaculũ uenerãt:prædæ fuere:& hæc statim causa bellorum. Pulsi fugatiq; Veiẽtes.ceninẽsiũ captũ ac dirutũ est oppidum.spolia insuper opima de rege:Feretrio Ioui manibus suis rex reportauit. Sabinis ꝓditæ portæ p uirginẽ:nec dolo:sed puella preciũ rei:quã gerebant ĩ sinistris:petierat. dubiũ clypeos an armillas. Illi ut & fidem soluerẽt & ulciscerent':clypeis obruere. Ita admissis ĩtra mœnia hostibus:atrox in ipsõ foro pugna:adeo ut Romulus Iouẽ oraret: ut fœdã suoꝝ fugam sistetet. Hic tẽplũ est Stator Iupiter:tandẽ sæuiẽtibus ĩt ruenere raptæ laceris comis.Sic pax facta cum Tatio: fœdusq; percussum : secutaq; res mira dictu:ut relictis sedibus suis : nouã in urbẽ hostes demigrarent : & cum generis suis auitas opes pro dote sotiarent.Auctis breui uiribus hunc Rex sapientissimus statum rei publicæ imposuit.ut Iuuẽtus diuisa per tribus : in equis & in armis ad subita bella excubaret. Consilium rei pnblicæ penes

senes esset:q

ſenes eſſet:qui ex auctoritate patres:ob æta tem ſenatus uocabatur. Hiis ita ordinatis: cum repente contionem haberet:ante urbẽ apud capreæ paludem e conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui a ſenatu putant ob aſperius ingenium: ſed aborta tempeſtas ſoliſq; defectio conſecrationis ſpeciem præbuere. Cui mox Iulius proculus fidẽ fecit. uiſum a ſe Romulum affirmãs auguſtiore forma q̃ fuiſſet.mãdare præterea ut ſe pro numine acciperent. Quirinum in cælo uocari placitum diis: ita gentium Roma potiretur.

De Numa Pompilio.

ſ Vcceſſit Romulo Numa Pompilius: quẽ curibus ſabinis agentem ultro petiuere:ob inclitam uiri religionẽ. Ille ſacra & cerimonias omnemq; cultum deorũ immortalium docuit. Ille pontifices: Augures: alios: cæteroſq; per ſacerdotia: ãnum quoq; ĩ.xii.menſes:faſtos dies nephaſtoſq; deſcripſit. Ille ancillia:atq; palladiũ ſecreta quædã imperii pignora: Ianũq; geminũ:fidẽ pacis ac belli:ĩ primis focu ueſtæ uirginibus colẽdũ d'dit:ut ad ſimulacrũ cæleſtiũ ſideꝝ cuſtos ĩpii flãma uigilar&. Hæc õnia q̃ſi moitu deæ egeriæ:quo magis barbari acciperẽt:

eo deniq; ferocẽ populũ redegit:ut quod ui & iniuria occupauerat imperium:religione atq; iuſtitia gubernaret.

De Tullo hoſtilio.

e Xcipit Pompilliũ Numã Tullus Hoſtilius:cui in honorẽ uirtutis regnum ultro datũ.Hic omnẽ militarẽ diſciplĩam: artẽq; bellãdi cõdidit. Itaq; mirũ immodũ exercita iuuẽtute:prouocare auſus albanos grauẽ & diu principẽ populũ.Sed cum pari robore frequẽtibus prœliis utriq; cõminuerent:miſſo in cõpendiũ bello Horatiis curiatiiſq; trigeminis hinc atq; inde fratribus utriuſq; populi fata cõmiſſa ſũt. Anceps & pulchra cõtẽtio:exituq; ipſo mirabilis.tribus qppe illinc uulneratis : hinc duobus occiſis: qui ſupererat horatius addito ad uirtutem dolo:ut diſtraheret hoſtẽ ſimulat fugã :ſinguloſq; put ſeq poterãt adortus exuperat. Sic rarũ alias decus unius manu parta uictoria ẽ.quam ille mox parricidio fœdauit. Flentẽ ſpolia circa ſe ſpõſi quidẽ ſed hoſtis ſororem uiderat. hunc tã immaturum uirginis amorem ultus eſt ferro.citauere leges nefas : ſed abſtulit uirtus patricidam : & facinus intra gloriam fuit.nec diu in fide manſit albanus. Nam fidenate bello miſſi

in auxilium

in auxilium ex fœdere medii inter duos expectauere fortunam. Sed Rex callidus ubi inclinare se socios ad hostem uidet: tollit animos quasi ipse mandasset: spes inde nostris: metus hostibus. sic fraus proditorum irrita fuit. Itaq; hoste uicto ruptorē fœderis Metium Suffetū religatū īter duos currus pernicibus equis distrahit: albamq; ipsam quamuis parentem emulam tamen dirruit. prius cū omnes opes urbis ipsumq; populū romā trāstulisset. Prorsus ut consanguinea ciuitas nō perisse sed i suum corpus redisse rursus uideretur.

De Anco Martio.

a Ncus deinde martius nepos ex filia Pōpilii pari īgenio. Hic igit̄ & mœnia muro āplexus est: & īterfluentē urbi tyberinū ponte cōmisit. hostiamq; ī ipso maris fluminisq; confinio coloniā posuit. iam tū uidelicet præsagiens animo futurorum: ut totius mundi opes & cōmeatus illo ueluti maritimo urbis hospitio reciperentur.

De Tarquinio prisco.

t Arqnius postea priscus quāuis trāsmarinæ originis regnū ultro petēs accipit ob īdustriā atq; elegātiā: qppe q oriundus coritho græcū ingeniū italicis artibus mis-

cuisset. Hic & senatus maiestatem numero ampliauit: & cẽturiis tribus auxit: quanuis Actius Nauius numerũ augeri prohibebat sũmus augurio: quẽ Rex in experimentum rogauit: fieri ne posset: quod ipse mẽte conceperat: Ille rẽ expt⁹ augurio: posse respõdit. atqui hoc ĩquit agitabã: an cotẽ illã secare nouacula possem: augur potes ergo inquit. & secuit. Inde romãis sacer auguratus. Neq; pace tarquinius q̃ bello promptior. xii. nãq; tusciæ populos frequẽtibus armis subegit. & inde fasces: trabeæ: curules: anuli: faleræ: paludamenta: pretexta: inde q̃ aureo curru quatuor eqs triũphat. togæ pictæ: tunicæq; palmetæ. omnia deniq; decora & insignia: quibus imperii dignitas eminet.

De Seruio Tullio.

[S]Eruius Tullius deinceps gubernacula urbis inuadit: nec obscuritas inhibuit quãuis matre serua creatũ. Nãm ob eximiã indolem uxor tarquinii tanaquil liberaliter educarat: & clarũ fore uisa circa caput flãma pmiserat. Ergo ĩter tarqnii mortẽ admittẽte regina substitutus ĩ locũ regis: quasi ad tẽpus regnũ dolo partũ sic egit ĩdustria: ut iure adeptus uideret̃. Ab hoc populus romanus relatus ĩ cẽsum: digestus ĩ classes: curiis

atq; collegiis

atq; collegiis distributus: sũmaq; regis so-
lertia ita est exordinata res publica: ut õnia
patrimonii: dignitatis: ætatis: artium: officio-
rumq; discrimina in tabulis referrent: ac si
maxima ciuitas minimæ domus diligentia
continneretur.

## De Tarquinio superbo.

p Ostremus omniũ fuit regũ Tarquinius: cui cognomẽ supbo ex moribus datũ. Hic regnũ auitum: quod a Seruio tenebatur: rapere maluit q̃ expectare: immissisque ĩ eum pcussoribus scelere partã potestatem nõ melius egit: q̃ acquisierat. Nec abhorrebat moribus uxor tullia: quæ ut uirũ regem salutaret: supra cruentũ patrẽ uecta carpẽto cõsternatos equos egit. sed ipse ĩ senatũ cedibus in omnis superbia: quæ crudelitate grauior est bonis grassatus: cum sæuitiam iam domi factigasset: tandem in hostes cõuersus est. sic ualida oppida in latio capta sunt Ardea: otriculum: gabii. suessa pometia. Tum quoque cruentus in suos: neq; enĩ filiũ uerberare dubitauit: ut simulãti trãsfugã aput hostes hĩc fides esset: cui Gabiis ut uoluerat recepto: atq; p nuntios cõsulenti quid fieri uellet: eminentia forte

papauerum capita uirgula excutiens cum per hoc interficiendos esse principes intelligi uellet : quæ superbia sic respondit. tamẽ de manubiis captarum urbium templum errexit : quod cum inauguraretur : cedentibus cæteris deis : mira res dictu: restitere iuuentas & terminus. Placuit uatibus contumatia numinum: siquidem firma omnia & æterna pollicebantur : sed illud horrendum : q molientibus cedem ĩ fundamẽtis humanum repertum est caput: nec dubitauere cũcti monstrum pulcherrimum impii sedem caputq; terrarum promittere. tam diu supbiã regis populus romanus ppessus est : donec aberat libido. hãc ex liberis eius importunitatẽ tollerare non potuit : quorũ cum alter ornatissimæ fœminæ lucretiæ stuprum intulisset : matrona dedecus ferro expiauit : imperium tum regibus abrogatum.

Anacephaleosis de. vii. regibus.

h Aec est prima ætas populi romani & quasi infantia : quam habuit sub regibus. vii. quadam fatorum industria : tam uariis ingenio ut rei publicæ ratio & utilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius ? tali opus fuit ut inuaderet

regnũ? Quid

regnum? Quid Numa religiosius? ita res poposcit: ut ferox populus deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus bellatoribus uirisq̃ necessarius? ut acueret ratione uirtutem. Quid ædificator Ancus? ut urbem colonia extenderet: ponte iungeret: muro tueretur. Iam uero Tarquinii ornamenta & insignia: quantã principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus a Seruio census quid effecit: nisi ut ipsa se nosset res publica. Postremo superbi illius importuna dominatio: non nihil immo uel plurimum profuit. Sic enim effectum est: ut agitatus iniuriis populus cupiditate libertatis incenderetur.

De mutatione rei publicæ.

i Gitur Bruto collatinoque ducibus & auctoribus: quibus ultionem sui moriẽs matrona mandauerat. populus romanus ad uindicandum libertatis ac pudicitiæ decus: quodam quasi instinctu deorum concitatus Regem repẽte destituit. bona diripit. agrũ marti suo cõsecrat. ĩperiũ in eosdẽ libertatis suæ uindices transfert. mutato tamẽ & iudice & nomine: quippe ex perpetuo annuũ

placuit:ex singulari duplex : ne potestas so- litudine uel mora corrumperetur : consulesq; appellauit pro regibus : ut consulere se ci- uib⁹ suis debere meminisset. Tãtũq; libertatis nouæ gaudium incesserat : ut uix mutati status fidem caperent : alterumq; ex consu libus tantum ob nomen & genus regium fascibus abrogatis urbe dimitterent. Itaque substitutus Horatius Publicola ex summo studio annixus est ad augendam liberi po- puli maiestatem : nam & fasces ei ꝓ libera contione submisit : & ius ꝓuocationis ad- uersus ipsos dedit : & ne spetie arcis offen- deret:eminẽtes ædes suas ĩ plana submisit. Brutus uero fauori ciuium etiã domus suæ clade & parricidio uellificatus est. Quippe cum studere reuocandis in urbem regibus liberos suos comperisset : protraxit in forũ: & contione media uirgis cecidit : & securi percussit : ut plane publicus parẽs ĩ locum liberorum adoptasse sibi populum roma- num uideretur. Liber iam hinc populus romanus prima aduersus exteros arma pro libertate corripuit : mox pro finibus : de inde pro sociis : tum gloria & imperio la- cessentibus assidue usque quaque fini- timis:qppe cũ patrii soli gleba nulla esset: sed statmi po

ſed ſtatim pomerium mediuſq; iter latium & tuſcos quaſi in quodam biuio collocatus omnibus portis in hoſtem incurreret: donec quaſi contagione quadam per ſingulos itũ eſt: & proximis quibuſque corruptis totam italiam ſub ſe redegerunt.

Bellum ethruſcum rege porſenna.

p Vlſis ex urbe regibus prima pro libertate arma corripuit. Nã porſenna rex ethruſcorum ingentibus copiis aderat: & tarquinios manu reducebat. Hunc tamen quãuis & armis & fame urgeret: occupatoq; ianiculo ipſis urbis faucibus ĩcubaret: ſuſtinuit: repulit: nouiſſime etiã tãta admiratione perculit: ut ſuperior ultro cũ pene uictis amicitiæ fœdera feriret. Tunc illa romana pericl'a atque miracula Horatius: Mutius: cloelia: quæ niſi in annalibus forent: hodie fabulæ uiderentur. Quippe Horatius cocles poſtq̃ hoſtes undique inſtantes ſolus ſubmouere non poterat: ponte reciſo trãſnatat tiberim: nec arma dimittit. Mutius ſceuola regem per inſidias in caſtris eius aggreditur: ſed ubi fruſtratum circa purpuratum eius ictum tuetur: ardẽtibus focis iniicit manum: terroremq; geminat dolo. Vt ſcias inquit quem uirũ

effugeris idem trecenti iurauimus. Cum interim (immane dictu) hic interitus: ille trepidaret: tanquã manus regis arderet. Sic quidem uiri. Sed ne quis sexus a laude cessaret: ecce & uirginũ uirtus. Vna ex obsidibus regi data elapsa custodiã cloelia per patrium flumen equitabat. & rex quidem tot tantisq; uirtutũ territus monitis ualere liberosq; esse iussit. Tarquinii tam diu dimicauerunt: donec Arontem filium regis manu sua brutus occidit: supq; ipsũ mutuo uulnere expirauit. Plane quasi adulterum ad inferos usq; sequeretur.

Bellum latinum.

l Atini quoq; tarquinios afferebãt æmulatione & inuidia: ut populus qui foris dominabat᷑: saltem domi seruiret. Igit᷑ õne latiũ Manilio tusculano duce quasi ĩ regis ultionem tollit animos. Apud regilli lacum dimicat᷑ diu marte uano: donec posthumius ipse dictator signum ĩ hostes iaculatus est: nouũ & insigne cõmẽtũ uti peteretur cursu Cossus equitum magister exuere frenos ĩp auit: & hoc nouũ quo acriꝰ ĩcurrerẽt: eadẽq; atrocitas fuit prœlii: ut interfuisse spectaculo deos fama tradiderit: duos ĩ cãdidis eq̃s Castorem atq; pollucem nemo dubitauit.

Itaq; & ĩpa.

Itaq; & imperator ueneratus est:pactusque uictoriam templa ꝓmisit:& reddidit sane quasi cõmilitonibus deis stipendiũ. Hactenus pro libertate:mox de finibus cũ eisdem latinis assidue & sine ĩtermissione pugnatũ est. Sora(quis credat) & algidum terrori fuerũt.satricum atq; corniculum ꝓuinciæ. de ueiis & bouillis pudet si triũphauimus. Tibur nunc suburbanũ:& æstiuæ præneste deliciæ:nũcupatis ĩ capitolio uotis petebãt. Idem tũc fesulæ:quod capreæ nuper: idem nemus aricinũ:ꝙ hercinius saltus:fregellæ: qđ gesoriacũ:ꝙ tigris:ꝙ euphrates:coriolos quoq;:pro pudor uictos adeo gloriæ fuisse: ut captũ oppidũ.CN.martius Coriolanus quasi numantiam:aut affricam nomini indueret. Extãt & parta de Antio spolia:quæ mœnibus in suggestu fori capta hostium classe suffixit: si tamen illa classis.nã sex fuere rostratæ: sed hic numerus illis initiis nauale bellum fuit. Peruicacissimi tamen latinoꝝ equi: & uolsci fuere: & cotidiani (ut sic dixerim)hostes. Sed hos præcipue Titus quintius domuit ille dictator ab aratro:qui obsessa & pene iã capta Marci Minutii cõsulis castra egregia uirtute seruauit. Medium erat forte tempus semẽtis cũ pa-

tritium uirum innixum aratro suo lictor ĩ ipso opere deprehendit. Inde in aciem profectus : ne quid a rustici operis imitatione cessaret : uictos more pecudum sub iugum misit. Sic expeditiōe finita rediit ad boues rursus triumphalis agricola :fides numinũ: qua uelocitate intra quindecim dies cœptũ peractumque bellum:prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus uideretur.

Bellũ cũ ethruscis:faliscis:& fidenatibus.

a Ssidui uero & anniuersarii hostes ab ethruria fuere ueiētes:adeo ut extra ordinariā manũ aduersus eos ꝑmiserit priuatumq; gesserit bellum gens una Fabiorum: satis superq; idonea clades: Cæsi apud cremerā trecenti & sex :patritius exercitus : & scelerato signatur nomine quæ ꝓficiscentes in prœlium porta dimisit.sed ea clades īgētibus expiata uictoriis.postq̄ per alios atq; alios duces robustissima capta sunt oppida uario quidem euentu.Falisci se spōte dediderũt.cremati suo igne fidenates .rapti fũditus deletiq; ueiētes.Falisci cũ obsiderēt: mira uisa est fides īperatoris:nec immerito: q; ludi magistrum urbis proditorem cum hiis. quos adduxerat pueris : uictum sibi ultro remisisset. Eam nanque Furius Camillus uir

millus uir sanctus & sapiens sciebat ueram esse uictoriã:quæ salua fide & ĩtegra dignitate pararet᷑.Fidenæ qa pares nõ erãt ferro: ad terrorẽ mouendũ facibus armatæ:& discoloribus serpẽtũ ĩmodũ uitis furiali more ꝓcesserant : sed habitus ille feralis euersionis omen fuit. Veientium quãta res fuerit indicat decẽnis obsidio.Tunc primũ hyematum sub pellibus.taxata stipẽdio hyberna:ad actus miles sua spõte iure iurãdo nisi capta urbe nõ remeare:spolia de laerte Tolũnio rege ad feretriũ reportata . deniq; nõ scalis:nec irruptiõe:sed cuniculo & subterraneis dolis pactũ urbis excidiũ.ea deniq; uisa est prædæ magnitudo:ut eius deciæ apollini phytio mitterẽt᷑:uniuersusq; popupulus roman⁹ad direrptionẽ urbis uocaret᷑. Hoc tũc ueiẽtes fuere.nũc fuisse qs meminit?quæ reliquiæ?qd'ue uestigium? laborat annaliũ fides:ut ueios fuisse credamus.

Bellum gallicum.

h Inc siue inuidia deũ:siue fato rapidissimus ꝓcurrẽtis ĩperii cursus parũper galloꝝ senonũ ĩcursione suippimit᷑. Quod tẽpus populo romano nescio utrum clade funestius fuerit:an uirtutis experimẽtis speciosius.Ea certe fuit uis, calamitatis:ut i ex

pimētū illatā putē diuinitus : scire uolētib9 īmortalibus diis an romana uirtus imperiū orbis mereret. Galli senones gens natꝰa ferox: morib9 īcōdita: ob hoc ipsa corporū mole: pinde ac armis īgētibus adeo ōni genere terribilis fuit: ut plane nata ad hoīnū īteritū: urbiū stragē uideret. Hii quōdā ab ultimis terraꝝ oris cū cingerētur ōnia oceano: ingēti agmīe ꝓfecti : cū iā media uastassēt positis īter alpes & padum sedibus: ne hiis qdē cōtenti p italiā uagabant. Tū clusium oppidū obsidebant. Pro sociis ac fœderatis populus romanus interuenit. Missi ex more legati: sed quod ius apud barbaros: ferocius agūt: mouēt ex ide certamē. Cōuersis igit a clusio : romamq; uenientibus : ad alliam flumen cum exercitu Fabius cōsul occurrit: non cremeræ fœdior clades. Itaq; hunc diē fastis roma mandauit. Fuso exercitu iā mœnibus urbis appropinquabant. Erant nulla præsidia. Tum igitur aut nūq̄ alias apparuit uera illa romana uirtus. Iam pridem maiores natu amplissimis usi honoribus in foꝝ coeunt. ibi deuouēte pōtifice: diis se manibus cōsecrāt: statimq; ī suas qsq; ædes regressi: sicut i trabeis erāt: & āplissio cultu: ī curulibus sellis sese posuerūt: ut cū ueīsset

hostis in sua

hostis ĩ sua dignitate moreret̃. Põtifices & Flãmines quicqd religiosissimi ĩ tẽplis erãt: partim in doliis defossa terra recõdũt. partim ĩposita plaustris secũ auferũt. Virgines simul ex sacerdotio uestæ nudo pede fugiẽtia sacra comitant̃: tamẽ excepisse fugiẽtes unus e plebe fert̃ Albinus: q d'positis uxore & filiis: uirgines ĩ plaustrũ recepit. Adeo tũ quoq; ĩ ultimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Iuuentus uero: quã satis cõstat uix mille hoĩnũ fuisse: duce Mãlio arcẽ capitolini mõtis insedit: obtestata ipsũ quasi presentẽ iouẽ: ut queadmodũ ipsi ad defendendũ templũ eius concurrissent: ita ille uirtutẽ eo℞ numine suo tueret̃. Aderãt ĩterim galli: apertãq; urbem primo trepidi ne q subesset dolus: mox ubi solitudinẽ uident: pari clamore & impetu inuadunt. patentes passim domus adeunt: Vbi sedẽtes ĩ curulibus suis pretextatos senes: uelut deos geniosq; uenerati: mox eosdem postq̃ esse homines liquebat: alioquin nihil respondere dignitates pari uecordia mactant: facesq; tectis iniciunt: & totam urbem igne ferro manibus exæquant. Sex mensibus barbari (quis crederet) circa montem unũ pepẽderunt: nec diebus modo: sed noctibus õnia

experti. Cũ tamen Manlius nocte subeũtes cl ngore anseris excitatus : a summa rupe deiecit: & ut spẽ hostibus demeret: quãq̃ in sũma fame: tamen ad spẽ fiduciæ panes ab arce iaculatus est. Et stato quodã die ꝑ me-dias hostiũ custodias Fabiũ põtificẽ ab arce demisit: q solemne sacrũ ĩ quirinali monte cõficerꝫ. Atq; ille ꝑ media hostiũ tela ĩcolu mis religionis auxilio rediit: ꝓpitiosq; deos renũciauit. Nouissime cum iã obsidio sua barbaros fatigasset: mille põdo auri recessũ suũ uenditantes: Idq; ipsũ per insolentiam cũ ad iniqua põdera addito adhuc gladio: supbe uictos increparẽt: subito aggressus a tergo Camillus adeo cecidit: ut õnia ĩcẽdio rum uestigia gallici sanguinis inundatione deleret. Agere gratias diis ĩmortalibus pro ipso tãtæ cladis nomine libet: pastoꝝ casas ignis ille & flamma paupertatẽ romuli ab-scondit. Incendium illud quid egit aliud : nisi ut destinata hominũ ac deoꝝ domicilio ciuitas non deleta : non obruta: sed expiata potius & illustrata uideatur. Igitur post assertam a Manlio : restitutam a Camillo urbem : acrius etiam uehementiusq; in fi-nitimos resurrexit. Ac primum omnium illam ipsam gallicam gentem non cõten-

tus mœnibus

tus mœnibus expulisse:cũ p Italiã naufragia sua latius traheret:sic persecutus ẽ duce Camillo : ut hodie nulla senonum uestigia supsint.Semel apud anienẽ trucidati :cum singulari certamine Manlius aureũ torquẽ barbaro ĩter spolia detraxit. Inde torquati. Ite℞ pontino agro cũ i simili pugna Lutius Valerius ĩsidente galeæ satyra alue adiutus retulit spolia:& inde coruini:Nec nõ tamẽ post aliquot ãnos õnes reliqas eo℞ ĩ ethruriã ad lacũ uadimonis Dolobella deleuit : ne qs extaret ĩ ea gẽte:q ĩcẽsã ase romã urbẽ gloriaret᷑.

Bellũm latinum.

c Onuersus a gallis ĩ latinos Mãlio torquato Decio murena consulibus:semp quidẽ emulatione imperii & magistratuũ infestos:tum uero cõtemptu urbis ĩcẽsæ:cũ ius ciuitatis : partẽ imperii ac magistratuũ poscerent:pari imperio atq; iam amplius q̃ cõgredi auderẽt:quo tẽpore quis cessisse hostem mirabitur : cum alter consulum filiũ suum quia contra imperium pugnauerit : quanuis uictorem: occiderit : quasi plus in imperio esset:q̃ in uictoria. Alter quasi monitu deo℞ capite uelato primum ante aciẽ diis manibus se deuouerit:ut ĩ cõfertissima se hostium tela iaculatus:nouũ ad uictoriã

iter sanguinis sui semita aperiret.

Bellum sabinum.

a Latinis aggressus est gentē sabinoꝝ: q īmemores factæ sub Tito tatio affinitatis quodā cōtagio belli se latinis adiunxerūt. Sed Curio dētato cōsule: omnē eū tractū q̄ nar ābit: fōtesq; uelini adriatico tenꝰ mari: igne ferroq; uastauit: q̄ uictoria tantū hoīnū: tātū agroꝝ redactū ī potestatē: ut ī utro plus esset: ne ipse posset existimare: q uicerat.

Bellum samniticum.

p Recibus deinde cāpaniæ motus: nō pro se: sed qd' ē speciosius pro sotiis sāītas inuadit. Erat fœdus cum utrisq; percussum: sed hoc campani sanctius: & prius omnium suoꝝ deditione fecerunt. sic ergo romanus bellum samniticum tanq̄ sibi gessit. omnīū non modo Italia: sed toto orbe terraꝝ pulcherrima campaniæ plaga est. nihil mollius cælo: deniq; bis floribꝰ uernat: nihil uberius solo: ideo liberi cererisque certamē dicit': nihil hospitalius mari. hic illi nobiles portꝰ: caieta: misenus: & tepentes fontibus baiæ: lucrinus & auernus quædā maris otia: hic amicti uitibus mōtes: gaurus: falernus: massicus: & pulcherrimus ōniū uesēuus ethnei ignis imitator: urbes ad marī formiæ: cumæ:

puteoli: neap

puteoli:neapolis:herculaneũ : põpei:& ipſa caput urbium capua.quondã inter tres maximas romã cartaginẽq; numerata.Pro hac urbe iis regionibus populus romanus ſamnitas inuaſit:gentem ſi opulẽtiam quæras : aureis & argẽteis armis diſcolori ueſte:uſq; ad ambitũ armatã.ſi fallatiã . ſaltibus feræ & mõtiũ fraude graſſãtẽ:ſi rabiẽ ac furorẽ. ſacratis legibus humaniſq; hoſtiis in exitiũ urbis agitatã.ſi ptinaciã:ſexies rupto fœderẽ cladibuſq; ipſis animoſiorem . Hos tamen quinquaginta annis per fabios & papirios patres eoꝝq; liberos ita ſubegit ac domuit : ita ruinas ipſas urbiũ diruit:ut hodie ſãniũ ĩ ipſo ſamnio requiratur.nec facile appareat materia quatuor & uinginti triumphorum: maxime tamẽ nota & illuſtris ex hac gente clades apud caudinas furcas Veturio poſthumioq; cõſulibus accepta eſt: clauſo eni; per inſidias intra eum ſaltũ exercitu :unde non poſſet euadere : ſtupens occaſione tãta dux hoſtium pontius herenium patrem cõſuluit:& ille:mitteret omnes uel occideret: ſapienter ut ſenior ſuaſerat : hic armis exutos mittere ſub iugum maluit:ut nec amici forent beneficio : & poſt flagitum hoſtes magis.itaq; & Conſules magnifice uolũta-

ria deditione turpitudinẽ fœderis dirimũt: & ultionẽ flagitãs miles papirio duce horri/bile dictu subiectis ẽsibus p ipsã uiã ãte pugnã furit:& ĩ cõgressu arsisse omniũ oculos hostis auctor fuit. nec prius finis cedibus datus: q̃ iugum & hostibus & duci capto reposuerunt.

Bellũ ethruscum samniticum.

h Actenus populus romanus cũ singulis gentiũ:mox aceruatim tamẽ sic quoq; par õibus. Ethruscoꝝ.xii.populi ĩ id tẽpus incitati:antiquissimus italiæ populus sam/nitiũ:reliqui ĩ excidiũ romã nominis repẽte cõiurant. Erat terror ingẽs tot simul tãtoꝝq; populoꝝ: a latere ethruriã infesta quatuor agminũ signa uolitabãt. Geminus interim saltus ĩ medio ãte inuius plane q̃si calydo/nius uel hercinius adeo tũc terrori erat:ut senatus cõsuli denũtiaret:ne tantũ periculi ĩgredi auderet. Sed nihil hoꝝ terruit ducẽ: quin fratre p̃misso exploraret accessus. ille p noctẽ pastorio habitu speculatus õnia re/fert. Tũ sic Fabius maximus piculosissimũ bellũ piculo explicauit. nã subito ĩcõditos atq; pallãtes aggressus est:captisq; superio/ribus iugis in subiectos suo more detonuit.

Ea nanq; spe

Ea nãq; species fuit illius belli :quasi ĩ terrigenas e cælo ac nubibus tela mitterēt .nec incruēta tamē illa uictoria:nã oppressus in sinu uallis alter cõsulũ Decius more patrio deuotũ diis manib⁹ obtulit caput:solēnēq; familiæ suæ cõsecrationē i uictoriæ ꝑcium redegit :

Bellũ tarētinũ & cũ Pyrrho rege.

s Equt' bellũ tarētinũ:unũ quidē titulo & noĩe:sed uictoria multiplex.hoc eĩ; cãpanos:apulos:atq; lucanos:& caput belli tarētinos:idē totã Italiã:& cũ istis omnibus pyrrhũ clarissimum græciæ regē:una ueluti ruina pariter ĩuoluit:ut eodē tēpore & italiã cõsumaret:& trãsmarinos triũphos auspicaret'.Tarentũ etiã lacedæmonioꝝ opus:calabriæ quõdã & apuliæ totiusq; lucaĩæ caput: tũ magnitudine & muris:portuq; nobili:tũ mirabili situ:quippe in ipsis adriatici maris faucibus posita:ĩ oras nostras Histriã: Illiricũ:epyꝝ:Achaiã:Affricam: Siciliam uela dimittit.Imminet portui ad ꝓspectũ maris positũ urbis theatrum:quod quidem causa misere ciuitati fuit õniũ suaꝝ calamitatũ. Ludos forte celebrabat : cum remigantes littori romanas classes ide uidēt:atq; hostē rati emicant:sine discrimine insultant . qui

autē aut unde:romā nec satis norāt: aderat sine mora querelā ferens lagato. hāc quoq; fœdius per obscœnā turpemq; dictu cōtumeliā uiolant. Ex hinc bellū:sed apparatus horribilis:cū tot simul populi pro tarētinis cōsurgerēt:omnibusq; uehemētior pyrrhus: q semigræcā ex lacedæmoniis cōditoribus ciuitatē uendicaturus: cum totius uiribus epyri:thessaliæ:macedoniæ: incognitisq; ī id tēpus elephātis mari terra uiris eqs:armis: addito insup ferarꝶ terrore ueniebat. Apud heracleā & cāpaniæ fluuium lirim Leuino cōsule:prima pugna:quæ tam atrox fuit:ut ferētaneæ turinæ præfectus īuectus in regē turbauerit:coegeritq; ꝓiectis īsignibus prœlio excederē. Factū erat:nisi elephāti cōuersi in spectaculum belli procurrissent:quorum tum magnitudie:tum deformitatē & nouo colore simul ac stridore consternati:qui cū īcognitas sibi belluas āplius q̄ erāt suspicarentur:fugam stragemq; late dederunt. In apulia deinde apud asculū melius dimicatum est Curio Fabritioq; cōsulibus. Iā qppe terror belluarum exoleuerat: & Caius minutius quartæ legionis hastatus unius ꝓmoscide abscissa mori posse belluas ostēderat: Itaq; & in ipsas pila congesta sunt.

& in turres

& in turres uibratæ faces:tota hostiũ agĩna ardẽtibus ruinis operuerũt.nec alius cladi finis fuit:q̃ nox dirimeret: postremusq; fugientiũ ipse rex a satellitibus hũero sautius in armis suis referretur. Lucaniæ suprema pugna sub arusinis quos uocãt cãpis:ducib9 iisdẽ:q superius:& tũc tota uictoria exitũ: quem datura uirtus fuit:casus dedit. Nam productis in primã aciẽ rursus elephantis: unũ ex his pullũ adacti ĩ caput teli grauis ictus auertit.qui cum per stragem suorum percurrẽs stridore quereret̃:mater agnouit: & quasi uendicare exhibuit. tum omnia circa quasi hostilia graui timore pmiscuit: ac sic eedem feræ: quæ primam uictoriam abstulerat:secundam parem fecere:tertiam sine controuersia tradidere. Nec uero tantum armis & in campis:sed consiliis quoq; & domi & intra urbem cum rege pyrrho dimicatũ est. Quippe post primam uictoriam rex callidus intellecta uirtute romana: statim desperauit armis: seque ad dolos contulit. Nam interemptos cremauit: captiuosque indulgenter habuit: & sine precio restituit. Missisque deinde legatis in urbem: omni modo adnixus est: ut in amicitiam reciperetur. sed bello & pace

foris & domi omnẽ in partẽ romãna uirtus tum se probauit. Nec alias magis q̃ tarẽtina uictoria ostendit populi romani fortitudinem: senatus sapientiam: ducum magnanimitatem. Quinam illi fuerũt uiri quos ab elephantis primo prœlio obrutos accepim⁹? omnium uulnera ĩ pectore: quidã hostibus suis ĩmortui: omniũ ĩ manibus enses: & relictæ in uultibus minæ: & in ipsa morte ita uiuebat: quod adeo pyrrhus miratus est: ut diceret. O q̃ facile erat orbis ĩperiũ occupare: aut mihi romanis militibus: aut me rege romanis. Quæ autẽ eorũ q supfuerũt ĩ repãdo exercitu festinatio? cũ Pyrrhus uideo me ĩquit plane herculis sydeĩ pcreatũ: cui q̃si ab angue lerneo tot cessa hostiũ capita de sanguie suo renascũtᷣ? Qui autẽ ille senatus fuit? cũ perorãte Appio ceco pulsi cũ muneribus suis ab urbe legati. Interrogati a rege suo qd de hostiũ sede sentirẽt. Vrbẽ tẽplũ sibi uisã: senatũ regnũ esse cõfiterentᷣ q̃les porro ipsi duces uel in castris? cum medicũ uenale regis pyrrhi caput ad ferentẽ curius remisit. Fabritius oblatã sibi a rege imperii partem repudiauit. uel in pace: cum Curius fictilia sua samnitico præferret auro. Fabritius decem pondo argenti: circa Ruffinum cõsularẽ uirũ

consulatem uirũ : quasi luxuriam censoria grauitate damnaret. Quis ergo miretur his moribus: uirtute militum: uictorem populũ romanum fuisse? unoq; bello tarentino ĩtra quadriennium maximam partem italiæ: fortissimas gẽtes: opulẽtissimas urbes: uberrimasq; regiones in deditionem redegisse? Aut quid adeo fidem superet? quoniam si principia belli cum exitu conferant. Victor primo prœlio pyrrhus totã trementẽ italiã: campaniam: lirim: fregellasq; populatus: prope captã urbẽ a prænestina arce ꝓspexit: & a uigesimo lapide oculos trepidæ ciuitatis fumo ac puluere impleuit. Eodẽ postea bis exuto castris: bis saucio: & in græciam suã trãs mare ac terras fugato: pax & quies & tanta adeo de opulentissimis tot gẽtibus spolia: ut uictoriam suam roma nõ caperet. Nec enim ullus pulchrior in urbe: aut speciosior triumphus intrauit. Ante hunc diem nihil nisi pecora uolscoꝝ: greges sabinorũ: carpenta gallorum: fracta samnitum arma uidisset. Tum si captiuos aspiceres: Molossi: thessali: macedones: bructius: apulus: atque lucanus. si pompas: aurum: purpura: signa: tabulæ: tarentinæq; delitiæ. sed nihil libentius populus romanus aspexit: quã illas q̃s

timuerat cum turribus suis belluas: quæ nõ sine sensu captiuitatis summissis ceruicibus uictores equos sequebantur.

Bellum picente.

o Mnis mox italia pacẽ habuit. quid enĩ post tarẽtũ auderẽt? nisi ꝙ ultro pſeq socios hostiũ placuit. Domiti ergo picẽtes: sed caput gẽtis asculũ Sẽpronio duce: q tremẽte inter prœliũ cãpo tellurẽ deã ꝑmissa æde placuit. Bellũ salentinum.

s Allẽtini picẽtibus additi: caputq; regionis brũdusiũ ĩclito portu Marco atilio duce: & in hoc certamine uictoriæ precium templum sibi pastoria pales ultro poposcit.

Bellum uulsinẽse.

p Ostremi italicoꝝ ĩ fide mãsere Vulsini opulẽtissimi ethruscoꝝ: implorãtes opẽ aduersus seruos quõdã suos: q libertatẽ a doĩnis datã ĩ ipsos errexerãt: trãslataq; ĩ se re publica doĩabãt. sꝫ hii quoq; duce Fabio gurgite pœnas dederũt. De seditionibus.

h Aec est secũda ætas populi romani: & quasi adulescẽtia: qua maxime uiruit: & quodam flore uirtutis exarsit ac fremuit. Itaq; quædam adhuc ex pastoribus feritas quiddam spirabat ĩdomitũ. Inde est ꝙ exercitus posthumiũ imperatorẽ inficiãtẽ quas ꝑmiserat præ

promiserat prædas:facta in castris seditione lapidauit. q̄ sub appio claudio noluit uicer̄ hostem:cum posset. q̄ duce Valerio nerone detractātibus plerisq; militiā: fracti cōsulis fasces. Inde quod clarissimos principes: q̄ aduersarent̄ uolūtati suæ:exulatione mulctauit.ut coriolanū colere agros iubentem: nec minus ille ferociter iniuriā armis uindicasset:nisi q̄ iam īferentē signa filiū mater Veturia lachyrmis suis exarmaīt. ut ipsum Camillum q̄ iniq; inter plebem & exercitū diuisisse ueientem prædam uideretur. Sed hic melior obsessis ī capta urbe cōsuluit: & mox supplices de hoste gallo uindicauit. Cum senatu quoq; de æquo bonoq; certatū est: adeo ut relictis sedibus solitudinem & interitum patriæ suæ minarentur.

p Rima discordia ob īpotētiā fœneratorū:qbus ī terga quoq; seruiliter sæuiētibus:ī sacrū mōtem plebs armata secessit: ægreq; nec nisi tribunos īpetrasset: Menenii agrippæ facūdi & sapientis uiri auctoritate reuocata ē. Extat oratiōis ātiquæ satis efficax ad cōcordiā fabula.q̄ dissedisse inter se quōdā hūanos dixit arctus:q̄ ōnibus opere fungentibus solus uenter immunis ageret: deinde maribundos a seiunctione redisse ī

gratiam:quando sensissent:q eius opera:re dactis in sanguinem cibis irrigarentur.

s Ecundã in urbe decẽuiratus libido cõflauit.allatas a græcia leges decẽ prĩcipes lecti iubẽte populo cõscripserãt .ordĩataq; erat in.xii.tabulis tota iustitia. Cũ tamen traditos fasces regio quodam furore retinebãt.Ante cæteros Appius eo insolẽtiæ elatus ẽ:ut ingenuã uirginẽ stupro destinaret:oblit9 & lucretiæ & regũ & uiris:qđ ĩpe cõposuerat.Itaq; cũ oppressã iudicio filiam trahi in seruitutẽ uideret Virginius pater nihil cũctatus ĩ medio foro manu sua ĩterfecit . Admotisq; signis cõmilitonũ totam eã dominationem obsessam armis in carcerem & cathenas ab Auentino monte detraxit.

t Ertiã seditionẽ excitauit matrimonioꝝ indignitas:ut plebes cũ patritiis iũgerẽtur . qui tumultus in monte ianiculo duce Canuleio tribuno plebis exarsit.

q Vartã honoꝝ cupido:ut plebei quoq; magistrat9 crearẽt:Fabius ãbust9 duaꝝ pater:alterã Sulpitio patritii sãguinis đderat.Alterã plebeio.Stolo quodã tempore:q lictoriæ uirgæ sonũ ignotũ penatib9 suis expauerat a sororẽ satis ĩ solẽter irrisa ĩiuriã nõ tulit.Itaq; nactus tribunatũ honoꝝ & magistratum

giſtratũ cõſortiũ q̃uis ĩuicto ſẽatui extorſit. Ve℞ ĩ his ipſis ſeditiõibus principẽ populũ nõ ĩmerito ſuſpexeris. Siqdẽ nũc libertatẽ: nunc pudicitiã.tũ nataliũ dignitatẽ:hono℞ decora & ĩſignia uindicauit.Inter õnia hæc nullius acrior cuſtoſq̃ libertatis fuit.Nulla-q; ĩ p̃ciũ eius potuit largitiõe corrũpi:cũ ut in magno & ĩ dies maiore populo interim pniciosi ciues exiſterẽt.Caſſiũ largitiõe agraria lege ſuſpectũ regiæ dõĩnationis præſẽti morte mulctauit.Ac de Spurio qdẽ ſuppliciũ pater ipſius ſũpſit.Hũc Quĩtii Dictatoris ĩpio in medio foro magiſter eqtũ Seruilius hala cõfodit.Mãliũ uero capitolii uindicẽ:qa pleroſq; debito℞ liberauerat:altius ſe & ĩciuilius efferẽtẽ:ab illa quã defẽd'rat: arce deiecit.Talis domi ac foris : talis pace belloq; populus romanus fretũ illud aduleſcẽtiæ ideſt ſecũdã ĩpii ætatẽ habuit.In qua totã ĩter alpes fretũq; Italiã armis ſubegit.

## L.FLORI EPITHOMATIS LIBER.II.

d O mita ſubactaq; italia pplˀus romanus ꝓpe quingenteſimũ annum agens : cum bona fide adoleuiſſet :ſi quod eſt robur:

ſi qua iuuentas:tum ille uere robuſtus & iuuenis & par orbi terrarum eſſe cœpit. Ita mirꝫ & ĩcredibile dictu:q ꝓpe qngẽtis ãnis domi Luctatus ẽ:adeo difficile fuerat dare italiæ caput:hiis ducẽtis ãnis q ſequuntur: affricã:europã:aſiã:totũ deniqꝫ orbẽ terraꝝ bellis uictoriiſqꝫ peragrauit.

Primum bellũ punicum.

i   Gitᷣ uictor Italiæ populus cum a terra fretũ uſqꝫ ucĩſſet:more ignis:q obuias populatus ĩcẽdio ſiluas ĩteruenĩete flumĩe abrũpitᷣ:pauliſper ſubſtitit.mox cũ uideret opulẽtiſſimã ĩ ꝓximo prædã quodã mõ Italiæ ſuæ abſciſſã & q̃ſi reuolſã: adeo cupiditate eius exarſit:ut q̃tenus nec mare iungi: nec põtibus poſſet:armis belloqꝫ iungenda: & ad cõtinẽtẽ ſuũ reuocãda bello uideretᷣ. Sed ecce ſe ultro ipſis uiam pandentibus fatis nec occaſio defuit. Cum de pœnorum impotẽtia fœderata ſiciliæ ciuitas meſſana quereretur. Affectabat autem ut romanus ita pœnus ſiciliam:& eodem tempore paribus uterqꝫ uotis ac uiribus imperium orbis agitabat. Igitur ſpecie quidem ſocios iuuãdi:re autem ſollicitante præda: quanq̃ territaret nouitas rei: tanta tamen in uirtute fiducia eſt: ille rudis:ille paſtorius populus: uereque

lus:uereq; terrester ostẽdit nihil ĩteresse uir
tutis:eqs an nauibus:terra an mari dimica-
ret᷑. Appio claudio cõsule primum fretum
tũ ĩgressus ẽ fabulosis ĩfame mõstris æstuq;
uiolentũ:sed adeo nõ est exterritus:ut ipsã
illã ruentis æstus uiolẽtiã ꝓ munere ãplec-
teret᷑.statimq; ac sine mora Hyeronem sy-
racusanũ regẽ tanta celeritate uicit : ut ipse
ille se prius uictũ : q̃ hostẽ uideret:fateret᷑.
Duillio Cornelioq; cõsulibus etiã mari cõ-
gredi ausus est:cũ qdẽ ipsa uelocitas classis
cõperatæ auspitium fuit.Intra enĩ sexagesi-
mũ diem : quam cæsa silua fuerat .clx. na-
uiũ classis ĩ ãchoris stetit:ut nõ arte factæ:
sed quodam munere deoꝶ cõuersæ naues :
atq; mutatæ arbores uiderent᷑. prœlii uero
fama mirabilis:cũ illas celeres uolucresque
hostiũ naues hee graues tardæq; cõprehẽde
rẽt.lõgæ illis nauticæ artes:d'torquerĩ rmos:
& ludificari fuga rostra:Iniectæ enĩ ferreæ
manus machinæq; aliæ ante certamẽ multũ
ab hoste derisæ:coactiq; hostes q̃si ĩ solido
d'cernere:uictor ergo apud liparas mersa &
fugata hostiũ classe:primũ illud maritimũ
egit triũphũ:cuius quod gaudiũ fuit: cum
Duillius imperator nõ contẽtus unius diei
triumpho per uitam omnẽ:ubi a cœna redi

ret prelucere funalia : præcinere sibi tibias iussit: q̃si quottidie triũpharet. p tãta huius uictoria leue huius prœlii dãnũ fuit. Alter cõsulũ iterceptus Asina cornelius: q simulato colloqo euocatus atq; oppressus fuit: pfidiæ puicæ documentũ. Calatino dictatore fere õnia præsidia pœnoꝝ agrigẽto: drepão: panormo: eryce : lilybeo detraxit. trepidatũ est. semel circa camerinẽsiũ saltũ. s; eximia uirtute Calfurni flãmæ tribuni militũ euasimus: q lecta. ccc. manu ĩfestũ & ĩsessũ ab hostibus tumulũ occupauit: Adeoq; morat⁹ hostes: dũ exercitus õnis euaderet. ac sic pulcherrimo exitu ternopylaꝝ & leonidæ famã adæquauit. Hoc illustrior noster: ꝙ expeditioni tantæ superfuit & supuixit licet nihil scripserit sãguine. Lutio Cornelio Scipione cũ iã sicilia suburbana esset populi romani puincia: serpente latius bello sardiniam annexamq; ei corsicam transiit : Vbi & hic carale urbis excidio. incollas terruit : adeoq; omnis terra mari pœnos expugnauit : ut iam uictoriæ nihil nisi africa ipsa restaret. Marco Atilio regulo duce iam in africam nauigabat bellum : nec deerant : qui ipso punici maris nomine ac terrore deficerent: augente insuper tribuno Mannio metum:

in quem nisi

in quē:nisi paruisset :securi districta īpator metu mortis nauigādi fecit audatiam:mox de uētis remisq; ꝓperatū est.tātusq; terror hostici aduēt⁹ poeīs fuit: ut aptis pene portis carthago caperet.Belli prīa præīu; fuit ciuitas clypea.prima enī a puico littore q̄si arx & specula ꝓcurrit.& hæc & .ccc. āplius castella uastata sunt . nec cum hominibus: sed cum mōstris quoq; dimicatum est. Cū quasi in uindictā africæ nata miræ magnitudinis serpens posita apud bragadā castra uexaret . Sed omnium uictor regulus cum terrorē nominis sui late circū tulisset : cūq; magnam uim iuuētutis ducesque ipsos aut cœpisset aut haberet ī uinculis:classēq; īgēti præda honustam & triumpho grauem in urbem præmisisset:etiam ipsam caput belli carthaginē urgebat obsidione:ipsisq; portis īherebat. Hic paulum circumacta fortuna est:tantum ut plura deessent romanæ urbis īsignia:cuius fere magnitudo calamitatib⁹ approbatur.Nam conuersis ad externa auxilia hostibus:cum Xantippum illis ducem lacedemon misisset:a uiro militiæ pitissimo uincimur : cum fœda clade romanisq; usu incognita.Viuus in manus hostiū ueīt fortissimus imperator.Sed ille quidem par tā-

tæ calamitati fuit. Nam nec punico carcere fractus est: nec legatione suscepta: quippe diuersa: q̃ hostes mãdauerãt: censuit: ne pax fieret: ne commutatio captiuoꝝ reciperet. sed nec illo uolũtario ad hostes suos reditu. nec ultimo siue carceris: seu crucis supplicio deformata maiestas. Immo his omnibus admirabilior: quid aliud: q̃ uictus de uictoribus: quia carthago nõ cesserat: de fortuna triumphauit. Populus autem romanus multo acrior infestiorq; pro ultione reguli q̃ ꝑ uictoria fuit. Metello igitur consule spirantibus altius pœnis: & reuerso ĩ siciliã bello: apud panormũ sic hostes cecidit: ut ne amplius ea ĩ insula concitaretur. Argumẽtum ingentis uictoriæ centũ circiter elephãtorũ captiuitas. Sic quoq; magna præda si gregẽ illũ nõ bello sed uenatiõe cœpisset. Publio Claudio cõsule non ab hostibus sed ab diis ipsis supatus est: quoꝝ auspicia cõtẽpserat: ibi statĩ classe demersa: ubi ille præcipitari pullos iusserat: q pugnare ab hiis uetaret. Marco Fabio buteone cõsule classẽ hostiũ ĩ africo mari apud egimuꝝ iã ĩ Italiam ultro nauigantem cecidit. Quanuis Octauio triũphus tempestate intercidit: cum opulenta præda crassis aduersis acta uentis naufragio suo africã

gio suo africã & syrtes: õniũ ĩpia gẽtiũ: ĩsu-
lar̃ littora ĩpleuit. Magna clades: sed nõ sie
aliq̃ prĩcipis pp̃li dignitate ĩtercepta tẽpes-
tate uictoria: & triũphũ periisse naufragio.
Et tamẽ cũ punice prædæ õnibus insulisque
fluitarẽt: pp̃lus romanus triũphauit. Luc̃ta-
tio catulo cõsule tãdẽ bello finis impositus
apud ĩsulas: q̃bus nomen egates: nec maior
alia ĩ mari pugna: q̃ppe cõmeatib⁹: exercitu:
ꝓpugnaculis: armis: grauis hostiũ classis. &
ĩ eis q̃si tota carthago: qđ ipsũ exitio fuit.
Romana classis prompta: leuis: expedita: &
quodã genere castrẽsis ad similitudinẽ pu-
gnæ equestris: sic remis q̃si habẽis agebat̃:
& ĩ hos uel ĩ illos mobilia rostra speciẽ ui-
uentiũ præferebãt. Itaq; momẽto temporis
laceratæ hostiũ rates totũ inter siciliã sardi
niãq; pelagus naufragio suo operuerũt. Tã-
ta deniq; fuit illa uictoria: ut de excidendis
hostiũ mœnibus nõ quereret̃. supuacuũ ui-
sũ est ĩ arcẽ murosq; sæuire: cũ iã ĩ mari es-
set deleta carthago. Bellum liguricum.

p Eracto puĩco bello secuta est breuis sa
ne & q̃si ad recipiẽdũ spiritũ reqes ar
gumẽtũq; pacis & bõa fide cessãtiũ armor̃.
Tunc primũ post numam clausa fuit porta
Iani: sed stati ac sine mora patuit. Quippe

iã ligures:iã ĩſubres galli:nec nõ & illirii la
ceſſebãt.Sic de ſubalpib9 ideſt de ſub ipſis
Italiæ faucibus gẽtes:deo quodã aſſidue ĩ-
citãte:ne rubiginẽ ac ſitũ ſcilicet arma ſcẽ-
tirẽt:deniq; itaq; quottidiani:& q̃ſi domeſ-
tici hoſtes tyrocinia militũ ĩbuebãt.nec ali-
ter utraq; gẽte q̃ſi cote quadã pplus roman9
ferꝝ ſuæ uirtutis acuebat. Ligures imis al-
piũ iugis adherentes:ĩter uarrũ & macram
flumen implicitos dumis ſilueſtribus maior
aliq̃to labor erat inuenire:q̃ uincere:tutum
locis & fuga:duꝝ atq; uelox genus ex occa-
ſiõe latrocinia magis q̃ bella faciebat.Itaq;
cũ diu multũq; eluderet ſalt9 d'ciates:moxu
bii:euburiates:ĩcognitas tãdẽ Fuluius late-
bras eoꝝ ignib9 ſepſit.Bebi9 ĩ plana d'duxit.
Poſthumius ita exarmauit ut uix reliquerit
ferꝝ: quo terra coleret᷑. Bellum gallicũ.

g Allis in ſubribus & his accolis alpium:
aĩmi feraꝝ:corpora pluſq̃ hũana erãt:
ſ; expimẽto dephẽſũ eſt:quippe ſicut prius
ĩpetus eis maior q̃ uiroꝝ ẽ:ita ſequẽs mĩor
quam fœminarum.Alpina corpora humẽti
cœlo educata habent quiddam ſimile ni-
uibus ſuis : quæ mox ut caluere pugña :ſta
tĩ ĩ ſudorẽ eũt:& leui motu:q̃ſi ſole laxant᷑.
Hii ſæpe & alias:ſ; Britomaro duce nõ pri9
ſoluturos ſe

soluturos se baltea:q̄ capitoliū ascēdissēt iu rauerūt.factū ē:uictos enī Emilius ī capitolio discīxit. Mox Aristoīco duce uouere de nostro℞ militū præda Marti suo torquē:intercepit Iuppiter uotū.nā de torqbus eorū aureū tropheū Ioui Flāmīi⁹ errexit .Virido maro īge romana arma Vulcano ꝑmiserāt. Alioquin uota ceciderunt. Occiso enī rege Marcell⁹ tertia post Romulū patrē feretrio Ioui arma suspēdit.

Bellū illiricū.

iLlirii seu liburni sub extremis alpium radicib⁹ agūt:īter arsiā titiūq; flumē:lōgissīe p totū adriā maris littus effusi.Hi regnāte Teusa muliere populatiōib⁹ nō cōtēti licētiæ scelus addiderūt.Legatos qppe nīos ob ea quæ deliquerāt iuř agētes:nec gladio qdē:s; ut uictimas securi pcutiūt.præfectos nauiū igne cōburūt.Idq; quo īdignius foret mulier īpabat.Itaq; Cneo Fuluio cētimalo duce late domāť.Strictæ ī prīcipū colla secures legato℞ manib⁹ litauere .

Bellum punicum secundum.

pOst primū punicū bellū uix q̄driēnii reqes:ecce alte℞ bellū:minus qdē spacio:nec enī āplius q̄.xviii.ānos hēt: s; adeo claudiū atrocitate terribilius:ut siqs cōferat dāna utriusq; pplī:silior uicto sit pplus

lia sotiorũ.hinc gallici germaniq; delectus: inde Deiotarus: Ariobazanes. Tarchõ dimotus. Corynthus: omnis thraciæ: cappadociæq;: ciliciæ: macedoniæ: græciæ: Italiæ: totiusq; robur orientis. si moram belli: quatuor ãnis: & pro clade rerum breue tempus. si locum & spatium ubi commissum est: intra Italiã: inde se in galliam: hispaniamque deflexit. Reuersumq; ab occasu: totis uiribus in epyro: thessaliaq; consedit. hinc in ægyptũ subito transiliuit. Inde respexit asiam: africæ incubuit. Postremo in hispaniam regirauit: & ibi aliquando defecit: sed non & odia partiũ finita cum bello: non enim prius quieuere: q̃ in urbe ipsa medio senatu eorum qui uicti erãt: odia uictoris se se cæde satiarent. Causa tantæ calamitatis: eademq; omnium nimia fœlicitas. Siquidẽ Quĩto Metello & Lutio Afranio cõsulibus: cũ romana maiastas toto orbe polleret: recentesq; uictorias: põticos & armenios triumphos in Pompeianis theatris roma cãteret: nimia Pompei potentia apud otiosos: ut solet: ciues mouit ĩuidiã. Metellus ob ĩminutũ cretæ triũphũ. Cato aduersus potẽtes sẽp obliquus: d'tractare Põpeiũ: actisq; eius obstrepere. Hic dolor trãsuersũ egit: & ad præsidia dignitati parãda ĩpulit.

Forte tunc

Forte tūc Craſſus genere:diuitiis:dignitate florebat.uellet tamen auctores opes. Caius Cæſar eloquētia & ſpiritu ecce iā cōſulatu alleuabatur.Pompeius tamē ſuper utrunq; eminebat.Sic igitur Cæſare dignitatē comparare:Craſſo augere:Pompeio retinere cupiētibus:omnibuſq; pariter potētiæ cupidis: de inuadēda re publica facile cōuenit. Ergo cum mutuis uiribus in ſuum quiſq; decus niteretur:galliā Cæſar inuadit.Craſſus aſiā. Pōpeius hiſpaniā. Tres maximos exercitus: etiam ſic orbis imperiū ſotietate triū principum occupatur:Decem annos traxit iſta dominatio:exinde quoniam mutuo metu tenebāt̄:Craſſi morte apud parthos:& morte Iuliæ Cæſaris filiæ: quæ nupta Pompeio generi ſoceriq; concordiam matrimonii fœdere tenebat: ſtatim æmulatio erupit. Iam Pompeio ſuſpectæ Cæſaris opes: & Cæſari pompeiana dignitas grauis.nec hic ferebat parem:nec ille ſuperiorem(nefas)ſic de prīcipatu laborabant:tanq̄ duos tanti imperii fortuna nō caperet.Ergo Lētulo Marcelloq; cōſulibus:rupta prima cōiurationis fide:de ſucceſſioue Cæſaris ſenatus:ideq; Pōpeius agitabat.nec ille abnuebat:ſi ratio ſui ꝓximis comitiis haberet̄ cōſulatus:abſenti quē

decem tribus fauente Pompeio nuper decreuerant. Tum dissimulante eodem negabāt. ueniret & peteret maiorum more. ille cōtra flagitare decreta : ac nisi in fide permanerent : non se remittere exercitum . Ergo ut in hostem decernitur. His Cæsar agitatus statuit præmia armorum armis defendere . Prima ciuilis belli harena Italia fuit: cuius arces leuibus præsidiis Pompeius insederat: sed omnia subito Cæsaris impetu oppressa sunt: Prima arimino signa cecinerunt. Tum pulsus ethruria Libo. ūbria Thermus. Domitius corfinio . & peractum erat bellum sine sanguie: si pompeium brundusii opprimere ut cœperat potuisset. Sed ille per obsessi claustra portus: nocturna fuga euasit . Turpe dictu: modo princeps patrum pacis belliq; moderator: per triumphatum a se mare: lacerata & pene inermi naui fugiebat. Nec Pōpeius ab Italia q̄ senatus ab urbe fugatur prior : quam pone uacuam metu Cæsar ingressus cōsulem se ipse facit. Aerariū quoq; sanctum: quod quia tardius aperiebant tribuni: iussit effringi. censumq; & patrimonium populi romani ante rapuit : q̄ imperium. Pulso fugatoque Pompeio maluit prius ordinare prouincias : q̄ ipsum sequi. Siciliam & sar.

ciliam & sardiniam annonæ pignora : per legatos habet. nihil hostile erat ĩ gallia: pacẽ ipse fecerat. Sed ad hispanienses Pompei exercitus transeunti: p eam duci portas claudere ausa Massilia est. misera dum cupit pacem : belli metu : in bellum incidit. sed qa tutis muris erat uinci eam sibi iussit absẽti. Græcula ciuitas non pro mollitia nominis : & uallũ rũpere: & incendere machinas ausa: & congredi nauibus. Sed Brutus: cui mandatum erat bellum : uictos terra mariq; perdomuit: mox de dentibus sese ablata omĩa: præter quam potiorem omnibus habebant libertatem. Anceps : uariumq; : & cruentũ in hispania bellum : cum legatis Cnei Pompeii : petreio & Afranio: quos Ilerdæ castra habentes : apud sycorin amnem obsidere : & ab oppido intercludere aggreditur. Interĩ ab undatione uerni fluminis commeatibus prohibet. sic fame castra temptata sunt : obsessorque ipse quasi obsidebatur. Sed ubi pax fluminis redit: populationib9 & pugna campos aperuit. Iterũ ferox instat: & cedẽtes ad celtiberiam consecutus: aggere & uallo : & p hæc siti: ad deditionem compulit. Sic citerior hispania recepta ẽ: nec ulterior morã fecit. quid enim una post quinq; legiões?

Itaq; ultro cedente Varrone: gades: fretum: oceanus: omnia fœlicitatem Cæsaris sequebantur. Aliquid tamen aduersus absentem ducem ausa fortuna est. Circa Illyricum & Africam: quasi de industria prospera eius aduersis radiarentur. Quippe cum fauces adriaci maris iussi occupare Dolobella: & Antonius. Ille illyrico: hic crecico littore castra posuissent: iam maria late tenente Pompeio: repente legatus eius Octauius Libo ingentibus copiis classicorum utrunq; circũuenit: deditionem fames extorsit Antonio. Missæ quoq; a Basilio in auxilium eius rates: quales inopia nauium fecerat. noua Pompeianorum arte cilicum actis sub mare funibus captæ quasi per indaginem. duas tamen æstus explicuit: una quæ opitergi nos ferebat in uadis hesit: memorandũque posteris exitum dedit. Quippe uix mille iuuenum manus circunfusi undiq; exercitus: per totum diem tela substinuit: & cum exitum uirtus non haberet: tamen ne in deditionem uenirent: hortante tribuno Vlteio mutuis ictibus in se concurrit. In africa quoque par & uirtus: & calamitas Curionis fuit: qui ad recipiendam prouinciam missus: pulso

fugatoq; Va·

fugatoq; Varo iam superbus: subitum Iubæ regis aduentū: equitatūq; mauro℞ sustinere non potuit. Patebat uicto fuga: sed pudor suasit: ut amissum sua temeritate exercitū morte sequeret᷑. Sed iã debitū par fortuna flagitanre sedē bello pompeius epyron elegerat. Nec Cæsar morat᷑. Quippe ordinatis a tergo omnibus: quãuis hyems media prohiberet tempestate ad bellum nauigauit: positisq; ad oricum castris: cum pars exercitus ob inopiam nauium cum Antonio dimissa brūdusii morã faceret: adeo impatiēs erat: ut ad arcessendos eos ardente uentis mari nocte concubia: speculatorio nauigio solus ire temptauerit: extat ad trepidum tanto discrimiue gubernatorem: uox ipsius. Quid times? Cæsarem uehis. Contractis ĩ unum undiq; omnibus copiis: positisq; cominus castris: diuersa erant ducum consilia. Cæsar pro natura ferox: & conficiendæ rei cupidus: ostentare aciem: prouocare: lacessere. nunc obsidione castrorum quæ sedecim milium uallo obduxerat. Sed quid his obesset obsidio? qui patente mari omnibus copiis abundarent. Nunc expugnatione dyrrachii irrita: quippe quam uel situs inexpugnabilem faceret: Ad hoc

assiduis in eruptionē hostiū prœliis:quo tē-
pore egregia uirtus Sceuæ centurionis emi-
cuit:cuius in scuto centum atq; uiginti tela
sedere. Iam uero dirreptione urbiū sotiarū:
cū oricū & gomphos:& alia castella thessa-
liæ uastarent:Pōpeius aduersus hæc nectere
moras:tergiuersari simul:ut hostē īterclusū
undiq;:inopia cōmeatuū terreret:utq; ardē
tissimi ducis consenesceret impetus. Nec
diutius profuit duci salutare consiliū miles
otiū:sotii moram:principes ambitum ducis
increpabant. Sic præcipitātibus fatis prœlio
sūcta est thessalia:& philippicis cāpis urbis
imperii generis humani fata cōmissa sunt.
Nunq̄ ullo loco tantum uirium populi ro-
mani: tantum dignitatis fortuna uidit. tre
centa amplius milia: hinc & illinc præ-
ter auxilia regum & senatus. Nunquā im-
minentis ruinæ manifestiora prodigia:fuga
uictimarum: examina :insignes interdiu te
nebræ dux ipse & nocturna imagine theatri
sui audiens plausum in modum planctus
circumsonare: & mane cum pullo amiculo
(nefas) apud principia conspectus est. Nun
q̄ acrior neque alacrior exercitus Cæsaris
fuit. Inde classica prius: inde tela. anno-
tatum quoq; committentis aciem Crastini
pilum. Qui

pilum. Qui mox adacto in os gladio: sic iter cadauera prepertus: libidinẽ ac rabiem qua pugnauerat ipsa nouitate uulneris præferebat. Sed nec minus admirabilior illius exit9 belli. Quippe cũ Pompeius adeo equitum copia abũdaret: ut facile circũuenturus sibi Cæsarem uideretur: circunuentus ipse est. Nam cũ diu æquo marte cõtẽderet: iussuq; Pompeii fusus a cornu erupisset equitatus: repẽte hinc signo dato: germanorũ cohortes tantũ ĩ effusos equites fecere impetum: ut illi esse pedites: hii uenire in equis uiderẽt. Hanc stragem fugientis equitatus leuis armaturæ ruina comitata est: tunc terrore latius dato: turbantibus inuicem copiis: reliqua strages quasi una manu facta ẽ. Nec ulla res magis exitio fuit: q̃ ipsa exercitus magnitudo. Multus ĩ eo prœlio Cæsar fuit: mediusque inter Imperatorem & militem. uoces quoque obequitantis exceptæ altera cruenta: Sed docta & aduictoriam afficax: miles faciem feri: altera ad iactationem cõposita. Parce ciuibus cum ipse sequeret Fœlicem utrunq; in malis Pompeium: si eadem ipsum quæ exercitum eius fortuna traxisset. superstes dignitatis suæ uixit. cum maiore dedecore per thessalica tempe

equo fugeret. Pulsus hearis ĩ deserto ciliciæ scopulo fugam in parthos africã uel ægyptõ agitaret. Vt deniq; ĩ pelusio littore imperio uilissimi regis : consiliis spadonum : & ne quid malis desit : Septimii desertoris sui gladio trucidatus : sub oculis uxoris suæ liberorumq; moraretur. Quis non peractum esse cum pompeio crederet bellum? at quin acrius multo atq; uehementius thasalici incendii cineres recaluere : & in ægypto qdẽ aduersus Cæsarẽ sine partibus bellũ. qppe cum Ptolomeus rex alexandriæ summum ciuilis belli scelus peregisset : fœdusq; amicitiæ cum Cæsare medio pompeii capite sãxisset : ultionem clarissimi uiri manibus quærente fortuna causa non defuit. Cleopatra regis soror affusa Cæsaris genibus partem regni reposcebat. Aderat puellæ forma : & quæ duplicaretur ex illo : ꝙ talis passa uidebatur iniuriam : odium ipsius regis : q Pompeii cædem partium fato non Cæsari dederat. haud dubie idem in ipsum ausurus : si expedisset. Quam ubi Cæsar restitui iussit in regnum : statim ab eisdem percussoribus pompeii obsessus ĩ regia : quãuis exigua manu ingentis exercitus molem mira uirtute sustinuit. Ac primum edificiorum.

rum.

rum proximorum atq; naualium incendio infestorum hostium tela sũmouit. Mox pone insulam Pharon subitus euasit. Inde depulsus in maria mira fœlicitate ad ꝓximaȝ classem enatauit. Relicto quidẽ ĩ fluctibus paludamento: seu fato: seu consilio: ut illud ingruentibus hostium telis saxisq; peteretᷣ. Tamen receptus a classicis suis ũdiq; simul hostes adortus de imbelli ac perfida gente iusta generi manib⁹ dedit. Quippe & Theodotus magister: auctor totius belli: & ne uirilia quidem portenta: Photinus atque Ganymedes diuersa per mare & trans fuga & morte consumpti. Regis ipsius corpus obrutum in limo repertum est in aurea loricæ honore. In asia quoq; nouus rerũ motus a ponto plane: quasi de industria captãte fortuna Hunc mithrydatico regno exitũ: ut a Pompeio pater: a Cæsare filius uinceretur. Rex pharnaces magis discordiæ nostræ fiducia: q̃ uirtutis suæ: infesto in cappadociam agmine ruebat. Sed hunc Cæsar aggressus uno & ut sic dixerim non toto prœlio obtriuit more fluminis: quod uno eodemq; momento uenit: percussit: abscessit. Nec uana de se prædicatio ẽ Cæsaris: ãte uictũ hostẽ esse: q̃ uisum. Sic cum exteris. An in africa

cū ciuibus multo atrocius q̄ ī pharſalia.huc reliquias partium naufragaꝝ quidā furoris eſtus expuletat. Nec reliquias diceres.ſed integrum bellum.ſparſe magis:q̄ oppreſſæ uires erant.Auxerat ſacramentum ipſa cla-des imperatoris. Nec degenerabat ducum ſucceſſio. Quippe ſatis ample ſonabant in Pompeiani nominis locum Cato & Scipio. Acceſſit copiis mauritanius rex Iuba:uideli-cet ut latius uinceret Cæſar.Nihil ergo īter pharſaliam:& thapſon:niſi ꝙ amplior eoq; acrior cæſarianorum impetus fuit:īdignātiū poſt pōpeiū creuiſſe bellū. Deniq; ꝙ aliter nunq̄ ante imperiū ducis ſua ſponte ſigna cecinerūt.ſtrages a Iuba cœpit. Et elephāti bellorum rudes & nuper a ſilua conſternati ſubito clangore:ſtatim.& exercitus in fugā: & duces fortius:q̄ ut effugerent.Nō incon-ſpicua tamen morte omnium Iam Scipio naue fugiebat: & adſecutis hoſtibus gladiū per uiſcera exegit:& ubi eſſet quodam re-quirente:reſpōdit hoc ipſum:bene ſe habet Imperator.Iuba cum ſe recipiſſet in regiam magnifice epulatus:poſtero die cum petreio fugæ comite ſuperq; mēſas & pocula inter-ficiēdū ſe ei præbuit.ille & regi ſuffecit & ſi bi.Cū īterī ſemeſi ī medio cibi & parētalia

fercula regio

fercula regio simul romanoq; sanguine ma debant. Cato non interfuit bello: positisque ab bragadam castris: uticã uelut altera africæ claustra seruabat. Sed accepta partiũ clade nihil cunctatus: ut sapiente dignum erat mortem etiam lætus acciuit. Nã postq̃ filiũ comitesq; ab amplexu dimisit: ĩ nocte lecto ad lucernam platonis libro: q ĩmortalitatẽ animæ docet: paulum quieuit: tum circa primam uigiliam stricto gladio reuelatum manu pectus semel: iterumque percussit. Ausi post hoc uirum medici uiolare fomentis. Ille passus dum abscederent: rescidit plagas: secutaque uis sanguinis moribundas manus in ipso uulnere reliquit. Quasi non esset usquam dimicatum sic arma rursus & partes: quantoque africa supra thessaliam fuit: tanto africam superabat hispania plurimum: quantũ fauoris partibus dabat fraternitas ducum: & pro uno duos stare pompeios. Itaq; nusquam atrocius nec tam ancipiti marte concursum est. Primum in ipso hostio oceani Varus Didiusq; legati cõflixere. Sed acrius fuit cum ipso mari: q̃ inter se nauibus bellum. Siquidem uelut furorem ciuicum castigaret oceanus: utranque classem naufragio cecidit. Quinam

ille horror: cum eodem tempore fluctus: p̄cellæ: naues armamenta confligerent. adde situs ipsius formidinem uregentia in unum hinc hispaniæ: inde mauritaniæ littora: mare & intestinum & externum: imminentesque Herculis speculas: cum omĩa undiq; simul prœlio & tempestate sæuirent. Mox circa obsidiones urbium utrinq; discursum est. Quæ miseræ inter hos atq; illos duces sotietatis romanæ pœnas dabant. Omniũ postrema certaminum Munda. hic nõ pro cætera fœlicitate: sed anceps & diu triste prœliũ: ut plane uideretur nescio quid de libertate fortuna. Sane & ipse ãte aciem mœstior: nõ ex more Cæsar: siue respectu fragilitatis humanæ: siue nimiam prosperorũ suspectam habens continuationẽ: uel eadẽ timẽs: postq̃ idem esse cœperat: quod pompeius. Sed in ipso prœlio: quod nemo unq̃ meminerat: cum diu pari marte acies nihil aliud q̃ occiderent: in medio ardore pugnantium subito ingens inter utrosq; silentium quasi conuenisset: hic omnium sensus erat. nouissime illud inusitatum Cæsaris oculis nefas. post .xiiii. annos probata ueteranorum manus gradum retro dedit: q̄ & si nondũ fugerat: apparebat tamen pudorem magis: q̃ uirtutem resistere

tem resistete. Itaq; ablegato equo similis fu-
renti primam ĩ aciem procurrit. Ibi presare:
fugientes confirmare: per totum denique
agmen oculis: manibus: clamore uolitare.
dicitur In illa perturbatione: & de extremis
agitasse secũ: & ita manifesto uultu fuisse:
quasi occupare manu mortem uellet: nisi
ꝙ cohortes hostium quinq; per transuersã
aciem actæ: quas Labienus periclitantibus
castris præsidio miserat: spetiem fugæ præ-
buissent: hoc aut & ipse credidit: aut dux
callidus attribuit in occasionem: & quasi
fugientem inuectus: simul & suorum errexit
animos: & hostes perculit. Nam hii dum
se putant uincere fortius sequi: inde pom-
peiani dum fugere credunt suos: fugere cœ
perunt. Quanta fuerit hostium cedes: Ira
rabiesq; uictoribus sic æstimari potest. Hoc
a prœlio profugi cum se mundæ recepissẽt:
& Cæsar obsideri statim uictos imperasset:
cõgestis cadaueribus agger effectus est. quæ
pilis iaculisq; confixa inter se tenebantur.
fœdum etiam inter barbaros: sed uide-
licet desperanribus Pompeii liberis: Cne
um prœlio profugum crure saucio deser-
ta & auia petentem Cesonius apud lau-
ronem oppidum consecutus pugnantem

nondum desperantem interfecit. Sextũ fortuna in celtiberia interim abscondit: aliisq; post Cæsarem bellis reseruauit. Cæsar in patriam uictor inuehitur. primum de gallia triumphum transmiserat rhenus: rhodanus: & ex auro captiuus oceanus. Altera laurus ægyptia: tunc in ferculis Nilus: arsinoe & ad simulacrum ignium ardens pharus. Tertius de pharnace currus & põto. Quartus Iubam & Mauros: & bis subactam ostendebat hispaniam. pharsalia & tharsos & munda nusquam: & quanto maiora erãt de quibus non triumphabat. hic aliquando finis armis fuit. Reliqua pax incruenta pensatumque clementia bellum: nemo cesus imperio præter Afranium: satis ignouerat semel: & Faustum Syllam: didicerat generosum timere: filiamq; pompeii cum patruelibus ex Sylla. hic posteris cauebat. Itaq; non ingratis ciuibus omnes unum in principem congesti honores. circa templa imagines: in theatro distincta radiis corona: suggestus in curia: fastigium in domo: mensis in cœlo. adhoc pater ipse patriæ. perpetuusque dictator. Nouissime dubium an ipso uolente: oblata pro rostris ab Antonio consule regni insignia. Quæ omnia uelut infulæ in desti.

fulæ in destinatã morti uictimã cõgerebãt.
Quippe clementiam principis uicit inuidia: grauisq; erat liberis ipsa beneficiorum potẽtia. Nec diutius dilatio donata ẽ. Sed Brutus & Cassius aliiq; patritii consenserunt ĩ cedem principis: quanta uis fati? manauerat late coniuratio: libellus etiam Cæsari datus eo dem die: nec perlitare centum uictimis po tuerat. uenit in curiã tamen: expeditionem parthicam meditans. ibi in curuli sedentem eum senatus inuasit: tribusque & uiginti uulneribus ad terram datus est. sic ille qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat: tandem ipse sanguine suo curiam ĩpleuit.

Cæsar Augustus.

p Opulus romanus Cæsare & pompeio trucidatis: redisse in statum pristinæ libertatis uidebatur. & redierat: nisi aut Pompeius liberos: aut Cæsar heredem reli quisset: uel q utroq; pernitiosius fuit: si non collega quondam mox æmulus Cæsarianæ potentiæ fax & turbo sequentis sæculi superfuisset Antonius. Quippe dum Sextus paterna repetit trepidatum toto ma ri: dum Octauius mortem patris ulciscit: iterum fuit mouenda thessalia. dum Antonius uarius ingenio aut successorem Cæ-

ſatis indignatur Octauium : aut amore Cle
opatræ deſciſcit in regem:nam aliter ſaluus
eſſe non potuit:niſi cōfugiſſet ad ſeruitutē.
Gratulandum tamen in tanta perturbatiōe
eſt:ꝙ potiſſimum ad Octauium Cæſarem
Auguſtum ſumma rerum rediit: q ſapiētia
ſua : atque ſolertia : perculſum undique ac
perturbatum ordinauit imperii corpus:quod
ita ut dubie nūq̄ coire & cōſētire potuiſſet :
niſi unius præſidis nutu:q̄ſi anima & mēte
regeretur Marco Antonio & publio Dolo-
bella conſulibus imperium romanū iam ad
Cæſares tranſ ferēte fortuna:uarius & mul-
tiplex motus ciuitatis fuit: quodq; in annua
cæli conuerſione fieri ſolet.ut mota ſydera
tonent:ac ſuo flexu tempeſtates ſignificēt :
Sic cū romanæ dominationis ideſt humani
generis cōuerſione penitus intremuit :ōniq;
genere diſcriminū ciuilibus:terreſtribus:ac
naualibus bellis ōne īpii corpus agitatū eſt

Bellum mutinenſe.

p Rima ciuiliū motuū cauſa teſtamētū
Cæſaris fuit:cuius ſecundus hæres An
tonius prælatū ſibi Octauium furens : in
expiabile contra adoptionem acerrimi iuue-
nis ſuſceperat bellum.quippe cū intra decē
& octo ānos tenerum & obnoxium & opor-
tunū iniuriæ

tunũ iniuriæ iuuenẽ uideret . ipſe plenæ ex cõmilitio Cæſaris dignitatis laceraret furiis hæredttatẽ:ipſum inſectari probris & cũctis artibus cooptationẽ Iuliæ gẽtis cũ inhibere non deſineret: Deniq; ad deprimendũ iuue nẽ palã arma moliri : etiam parato exercitu in ciſalpina gallia:reſiſtentem motibus ſuis Decimum Brutum obſidebat . Octauius Cæſar ætate & iniuria fauorabilis & noĩnis maieſtate:quod ſibi induerat.Reuocatis ad arma ueteranis:priuatis(quis crederet) con-ſulem aggreditur : obſidio mutinæ liberat Brutum Antoniũ exuit caſtris . tũ qdẽ etiã manu pulcher apparuit : Nam cruentus & ſaucius aquilã a moriẽte ſignifero traditã: ſuis humeris in caſtra referebat.

Bellum peruſinum.

a Lterum bellum concitauit agrorum di uiſio : quos Cæſar ueteranis in caſtris pretium militiæ perſoluebat. ſemper aliter Antonii peſſimum ingenium Fuluia gladio cincta uirilis militiæ uxor agitabat : ergo depulſos agris colonos incitando iterum in arma ierat . Hic uero iam non priuatis : ſed totius ſenatus ſuffragiis iudicatum ho ſtem Cæſar aggreſſus intra peruſiæ mu-ros redegit : compulitque ad extrema de-

ditionis turpi & nihil non experta fame?

Triũuiratus.

CVm solus etiam grauis paci: grauis rei publicæ esset Antonius: quasi ignis incendio Lepidus accessit. Quid contra duos exercitus necesse fuit uenire in cruentissimi fœderis sotietatẽ? Diuersa õniũ uota: ĩcẽdia Lepidum diuitiarũ cupidũ: Quarũ spes extur batione rei publicæ. Antonium ultiones de eis: qui se hostem iudicassẽt. Cæsarẽ inultus pater: & manib⁹ eius graues Cassius & Brutus agitabant. in hoc uelut fœdus: pax ĩter tres duces componitur. apud cõfluentes ĩter Mutinã & Bononiã iungũt manus & exercitus cõsultãt. Nullo bono more triũuiratus inuadit͛: oppressaq; armis res publica redit Syllana proscriptio: cuius atrocitas nihil in se minus habet: q̃ numerũ. cxl. senatorũ exitus fœdi truces: miserabiles toto terrarum orbe fugiẽtium: pro quibus quis nõ ꝓ ĩdignitate rei ingemiscatur? Cum Antonius Lutium Cæsarem auũculum suum. Lepidus Lutium Paulum suum fratrem proscripserit. Romæ capita cæsorum proponere in rostris iam usi tatum erat. Verum sic quoq; ciuitas lachrymas tenere non potuit: cum recisum Ciceronis capud ĩ illis suis rostris uideret͛. Nec ali

ter ad uiden

ter ad uidendũ eum: q̃ solebat ad audiendũ concurreretur. Hæc scelera in Antonii lepidiq; tabulas. Cæsar percussionibus patris cõtentus fuit. Hæc quoque nisi multa fuisset etiam iusta cedes haberetur.

Bellum Cassii & Bruti.

b Rutus & Cassius sic Cæsarem: quasi Tarquiniũ regẽ depulisse regno uidebant̃. Sed libertatẽ quã maxime restitutã uoluerũt: illo ipso parricidio perdidere. Igit̃ cæde perfecta: cum ueteranos Cæsaris nec ĩmerito timerent: statim curia in capitoliũ confugerant. Nec illis ad ultionem deerat animus: sed ducem non habebant. Igit̃ cum appareret: quæ strages rei publicæ ĩmineret: displicuit ultio cũ cõsulis abolitiõe decreta. Ne tamen publici doloris oculos ferrent: in prouincias ab illo ipso quem occiderant Cæsare datas syriã & macedoniã cõcesserat. Sic uĩdicta Cæsaris dilata poti⁹ q̃ opp̃ssa ẽ. Igitur ordinata magis ut poterat: q̃ ut decebat in triumuiros res publica relicto ad urbis præsidium Lepido: Cæsar cũ Antonio in Cassium Brutumque succingitur. Illi comparatis ingentibus copiis: eandem illam: quæ fatalis Cneo Pompeio fuit: harena insederant. Sed nec tum imminentia cladis

deſtinatæ ſigna latuere. Nam & aſſuetæ ca
dauerum pabulo uolucres caſtra quaſi iam
ſua circunuolabant. In aciem prodeuntibus
obuius ethiops nimis aperte ferale ſignum
fuit. Ipſiq; Bruto per noctem cum illato lu
mine ex more aliqua ſecum agitaret : atra
quædam imago ſe obtulit : & quæ eſſet in-
terrogata : tuus inquit malus genius. hoc
dixit & ſub oculis mirantis euanuit. Pari ĩ
meliora præſagio in Cæſaris caſtris omina :
aues: uictimæq; promiſerant. Sed nihil pre-
ſentius: q̃ Cæſaris medicus ſomnio admoni
tus: ut Cæſar caſtris excederet : quibus capi
imminebant ut factũ eſt. Acie nãq; cõmiſſa
cum pari ardore aliquãdiu dimicatũ foret :
& quãuis duces non eſſent tunc præſentes
cum alteꝝ corporis egritudo : illũ metus &
ignauia ſubduxiſſent ſtaret tamẽ pro parti-
bus ĩuicta fortũa: & ultoris: & q uĩdicabat̃.
Primum adeo anceps fuit : & par utrunque
diſcrimẽ: ut exitus prœlii docuit. Capta ſũt
hinc Cæſaris caſtra : inde Caſſii. Sed quãto
efficacior eſt fortuna: q̃ uirtus : & q̃ uerum
eſt : ubi oriens afflauit non reſidet ĩ uerbo.
tantum eſſe uirtutem. uictoriam illi prœlio
error dedit. Caſſius inclinato cornu ſuorũ
cum captis Cæſaris caſtris rapido impetu
recipiẽtes ſe

recipientes se equites uideret:fugere arbitratus euadit in tumulũ:Inde puluere : & strepitu etiã nocte uicina eximẽtibus gestæ rei sensum : Cum speculator quoq; ĩ id missus tardius renuntiaret:transactum de partibus ratus:uni ex proximis auferendum præbuit caput.Brutus cum ĩ Cassio etiã suũ animũ perdidisset:ne quid ex constituti fide ĩsignaret.ita enim par superesse bello conuenerat: Ipse quoq; uni comitũ suoꝝ confodiendum præbuit latus.Quis sapientissimos uiros nõ miret᷑:ad ultimũ nõ suis manibus usos:nisi hoc quoq; ex ꝑsuasiõe nõ defuit:ne uiolarẽt manus:sed ĩ abolitiõe sanctissimaꝝ piẽtissimarumq; animarum iudicio suo : scelere alieno uterentur.

Bellum cum Sexto Pompeio.

s Vblatis ꝑcussoribus Cæsaris : supererat Põpeii domus:alter iuuenũ ĩ hispania occiderat:alter fuga euaserat: cõtractisq; ĩfœlicis belli reliquiis: cũ ĩsup ergastula armasset:siciliã sardiniãq; hẽbat : iã & classe mediũ mare ĩsederat.O q̃ diuersus a patre: ille cilicas extĩxerat:hꝰ secũ pyratas nauales agitaret. Tãta mole belli pœnitus in siculo freto iuuẽis oꝑ̃ssus ẽ. Magniq; famã ducis ad ĩferos secũ tulisset(si nihil tẽptasset ulte

rius)nihil nisi q magnæ indolis signum est sperare semper. Perditis enim rebus ꝓfugit: asiamq; uelis petit : uenturus ibi in manus hostium:& cathenas:& quod miserrimũ est fortibus uiris:ad hostium arbitriũ sub pcussore moriturus. Non alia post Xerxẽ miserabilior fuga:quippe modo trecentaꝝ quinquaginta nauiũ dominus:cum sex septẽ ue fugiebat : extincto prætorie nauis lumine : anulis ĩ mare abiectis:pauẽs atq; respectãs: & tamen non timens ne periret.

Bellum parthicum.

s Vb Vẽtidio quãuis in Cassio & Bruto partes sustulisset: in Pompeio totũ partiũ nomẽ abolesset:nondum tamẽ ad pacis stabilitatẽ profecerat Cæsar:cũ scopulus & nodus & in ora publicæ securitatis supesset Antonius:nec ille defuit uitiis quin periret. Immo omnia exptus ambitu:& luxuria:primũ hostes:deinde ciues : tandẽ etiam terræ sæculũ liberauit. Parthi clade crassiana alti⁹ animos errexerant : ciuilesq; populi romani discordias læti acceperant. Itaque ut prima affulsit occasio:non dubitauerũt erumpere: ultro quidẽ inuitãte labieno : qui missus a Cassio Brutoq;:q furor sceleꝝ sollicitauerat hostes ĩ auxilium:& illi pacaro duce regio

iuuene dissi.

iuene dissipant Antoniana præsidia. Caxa legatus ne ueniret in potestatẽ a gladio suo impetrauit. Deniq; ablata syria: emanabat latius malum: hostibus sub auxilii specie sibi uincentibus. Nisi Ventidius & hinc legatus Antonii incredibili fœlicitate: & labieni copias: ipsumq; pacorum: & omnẽ parthicum equitatum toto inter orontem & euphraten sinu late cecidisset. Vigĩti ãplius miliũ fuit. Nec sine consilio ducis: qui simulato metu adeo passus ẽ castris succedere: donec assũpto iactus spatio: adimeret usum sagittaꝵ. Rex fortissime dimicans cecidit. Mox circũlato eius per urbes: quæ desciuerant capite syria sine bello recepta. Sic Crassianã cladẽ pacori cæde pensauimus.

Bellum parthicum cũ Antonio.

e Xptis inuicẽ parthis atq; romanis: cũ Crassus atq; pacorus utrinq; uiriũ mutuaꝵ documẽta fecissẽt: pari rursus reuerentia ĩtegrata amicitia: & qdẽ ab ipso fœdus Antonio cũ rege pcussũ. Sed imensa uanitas hoĩnis: dũ tituloꝵ cupidĩe araxen & euphraten sub imaginib9 suis legi cõcupisset: neq; causa: nec cõsilio: ac ne imaginaria qdẽ belli cõditiõe: quasi hoc quoq; ex arte ducis esset obrepere: relicta repente syria in parthos i-

petum facit. Gens præter armorum fiduciam: simulat trepidationē: & in campos fugam. Hic statim quasi uictor sequebatur: cū subito nec magna hostium manus ex improuiso etiam infessos uia sub uespere uelut nibus erupit: & missis ūdiq; sagittis duas legiões operuerunt. Nihil acciderat ī comparationē cladis: quæ in posterum diem imminebat: Nisi interuenisset deum miseratio: unus ex clade crassiana: parthico habitu: castris adequitat: & salute latine data: cum fidē ipso fecisset: quid immineret: edocuit. iā affuturum cū omnibus copiis regē: irēt retro: peterētq; montes. sic quoq; hostē fortasse non defore: atq; ita secuta est minor uis hostium: q̄ iminebat. Adfuit tamē: deletæq; reliquiæ copiæ forent: nisi urgentibus telis in modum grādinis quadā forte: quasi docti procubuissēt ī genua milites: & elatis super capita scutis: cæsorum spetiē præbuissent. tum parthus arcus inhibuit. Deinde romani cū se rursus extulissēt: adeo res miraculo fuit: ut unus ex barbaris miserit uocē. Ite & bene ualete romani: merito uos uictores fama gentiū loquit᷑: qui parthorum tela fugistis. Nō mīor ex aqua postea: q̄ ab hostibus excepta clades. Infesta primū siti regio: cū quibusdam Salmacidis

fluminis.

fluuius infestior:nouissimeq; cum iam ab ĩ ualidis & auide auriebat᷑:noxiæ etiã dulces fuere. Mox & ardores per armeniã:& niues per cappadociã:& utriusq; cæli subita mu- tatio pro pestilentia fuit. Sic uix tertia parte de sexdecim legionibus:reliqua cum argẽtũ passim dolabris concideret:& subinde inter moras mortem a gladiatore suo flagitasset: egregius Imperator tãdem profugit ĩ syriã: ubi incredibili quadã mentis uecordia fero- cior aliquanto factus est:quasi uicisset qui euaserat.

Bellũ cũ Antonio & Cleopatra.

f Vror Antonii quateuus per ambitum non interiret & luxu & libidine extĩct9 est. Quippe post parthos:cum exosus arma: in otio ageret:captus amore Cleopatræ : q̃si bene gestis rebus in regio se sinu reficiebat. Hæc mulier ægyptia ab ebrio Impatore p̃- tiũ libidinũ romanũ ĩperiũ petit:& ꝓmisit Antonius:quasi facilior esset partho roman9. Igit᷑ dominationẽ parare:nec tacite: sed pa- triæ:nominis:togæ:fascium oblitus:totus ut monstrũ illud:ut mẽte ita animo quoq; cul tuq; desciuerat. Aureũ ĩ manu bacculũ ad la tus:& ĩ acie purpurea uestis:ĩgẽtibus obstri cta gẽmis. dyadema aderat:ut regĩa rex ĩp̃e

frueretur. Ad primã nouoꝝ motuũ famam Cæſar a brunduſio traiecerat: ut uenienti bello occurreret. Poſitiſq; caſtris in epyro leucadam inſulã: montemq; leucaten: & am bracii ſinus cornua infeſta claſſe ſuccīxerat. Nobis. cccc. amplius naues. cc. nõ minus hoſtium. ſed numerum magnitudo penſabat. Quippe a ſenis in nouenos remoꝝ ordinibus: adhæc turribus atq; tabulatis alleuatæ caſtelloꝝ & urbium ſpetie: non ſine gemitu maris & labore uentoꝝ ferebant᷑: quæ quidẽ ipſa moles exitio fuit. Cæſaris naues a triremibus in ſenos: nec ãplius ordines creuerãt. Itaq; habiles in omnia: quæ uſus poſcebat: ad impetus: & recurſus: flexuſq; capiendos. Illas grauis & ad omĩa præpeditas ſingulas plures adortæ: miſſilibus ſimul: tum roſtris: adhoc ignib⁹ iactis ad arbitriũ diſſipauere. Nec ulla re magis hoſtiliũ copiaꝝ apparuit magnitudo: q̃ poſt uictoriã. Quippe imẽſa claſſis naufragio belli facto toto mari ferebatur. arabumq;: & ſabeorum & mille aliarum gentium aſiæ ſpolia: purpuram aurum que in ripam aſſidue mota uentis maria reuomebant. Prima dux fugæ regina: cum aurea puppe: ueloque purpureo ſe in altum dedit. Mox ſecutus Antonius. ſed inſtare

uestigiis Cæ.

uestigiis Cæsar. Itaq; nec præparata ĩ oceanũ fuga: nec munita præsidiis. utraq; ægypti cornua parethoniũ atq; pelusiũ ꝓfuere. ꝓpe manu tenebantur. prior ferrũ occupauit Antonius. Regina ad pedes Cæsaris prouoluta tentauit oculos ducis frustra. Nã pulchritudo intra pudicitiã principis fuit. Nec illa de uita: quæ offerebatᷓ: sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperauit a prĩcipe: seruariq; se triũpho uidit: incautiorẽ nacta custodiã: ĩ mauseolũ se (sepulchra regũ sic uocãt) recipit. Ibi maxĩos ut solebat ĩducta cultus ĩ differto odoribus solio iuxta suum se collocauit Antoniũ. admotisq; ad uenas serpẽtibꝰ: sic morte quasi somno soluta est.

h Ic finis armoꝝ ciuiliũ. Reliq̃ aduersus exteras gẽtes. Quæ districto circa mala sua ĩpio diuersis orbis oris emicabãt. Noua quippe pax: nec dũ assuetæ frenis seruitutis tumidæ gẽtiũ inflatæq; ceruices ab ĩposito nuք iugo resiliebãt. Ad septẽtrionẽ cõuersa ferme plaga ferocius agebat. Norici: Illyrii: pannonii: dalmatæ: mysi: thraces: & daci: sarmatæ: atq; germani. Noricis animos dabant alpes atq; niues: q̄ bellũ nõ posset ascẽdere. Sed õnes illius cardinis populos brennos: Senones: atq; uindelicos: per priuignũ suũ

Claudiũ drusũ pacauit. Quæ fuit callidarũ gentiũ feritas: facile uel mulieres ostendere: quæ deficiẽtibus telis infãtes ipsos afflictos humo: ĩ ora militũ aduersa miserunt. Illyrii quoq; sub alpibus agunt: imasq; ualles eaꝝ: & quædã quasi claustra custodiunt abruptis torrẽtibus implicati. ĩ hos expeditionẽ ipse sũpsit fieriq; pontẽ imperauit. Hic se & aqs & hoste turbantibus cũctanti ad ascensum militi scutũ de manu rapuit. & ĩuia prim9: tunc agmine secuto: cum Illyricus multitudine pontẽ succidisset: saucius manibus ac cruribus spetiosiore sanguĩe: & ipso piculo augustior terga hostiũ præcidit. Pannonii duobus saltib9: ac tribus fluuiis drauo sauo histroq; uallãtur. populati ꝓximos ĩtra ripas se recipiebãt. In hos domandos Vibiũ misit. cæsi sunt in utrisq; fluminibus. arma uictoꝝ non ex more belli cremata sed capta sũt: & in profluẽtes data: ut cæteris qui resistebãt: uictoria sic nuntiaretur.

d Almatæ pleꝝq; sub siluis agũt: Inde in latrocinia prõtissimi. hos iã qdẽ Marti9 ĩcẽsa urbe deliuinio: q̃si d'trũcauerat. Postea Asinius pollio gregibus: armis agris mulcta uerat. hic secũdus orator. Sed August9 ꝓdomandos Vibio mãdat: q effeꝝ genus fodere terras coegit

terras coegit:au&q; ueis repugnare.qđ alio
qn gẽs õniũ cupidissima studiosa diligẽtia
acqrit:ut illud in usus suos seruare uideat̃.
m Ysii q̃ feri:q̃ truces fuerĩt:q̃ ipsoꝝ etiã
barbari barbarorũ horribile dictu est.
Vnus ducũ ãte aciẽ postulato silentio. Qui
uos inqt estis? Respõsũ ĩuicẽ. Romani gẽtiũ
domini:& illi. Ita ĩquiũt fiet. si nos uiceritis.
Accepit omen Martius Crassus. Illi statim
ante aciẽ imolato equo cõcepere uotum: ut
cæsoꝝ extis ducũ & litarent & uescerentur.
Deos audisse crediderĩ. nec tubã sustinere
potuerũt. Nõ minimũ terroris incussit bar-
baris Chonidius cẽturio satis barbaræ effi-
cacis tamẽ apud pares hoĩnes stoliditatis: q
poculũ gerẽs super cassidẽ suscitatã motu
corporis flãmã uelut ardẽti capite fũdebat.
a Nte hos thracũ maxĩus populus desci-
uerat. Ille barbarus & signis militaribꝰ
& disciplina armis etiã romanis assueuerat.
Sed a pisone perdomiti : in ipsa captiuitate
rabiẽ ostẽdere : qppe cũ cathenas morsibus
tentarent:feritatem suam ipsi puniebant.
d Aci montibus inhærẽt Cotisonis regis
ĩpio:quotiẽs concretus ĩpio danubius
uinxerat ripas decurrere solebant:& uicina
populari:uisũ ẽ Cæsari Augusto gẽtẽ aditu

difficillimã sũmouere. Misso igit᷑ Lentulo ultra ulteriorem repulit ripã: citra præsidia constituit. Sic tunc dacia non uicta: sed sum mota atque dilata est.

f Armatæ patẽtibus cãpis ĩequitãt: & hos p eundẽ Lentulũ ꝓhibere danubio satis fuit. nihil præter niues ratasq; siluas habẽt: tãta brabaria est: ut pacẽ nõ intelligãt.

g Ermaniã quoq; utinã uincere tãti non putasset: magis turpiter amissa ẽ: q̃ gloriose acqsita: sed quatenus sciebat patrẽ suũ Cæsarẽ bis transuectũ pontẽ rheno quæsisse bellũ. In illius honorẽ cõcupiit facere ꝓuinciã: & factũ erat: si barbari tã uitia nostra: q̃ ĩpia fere potuissent. Missus in eã ꝓuinciã Drusus primos domuit usipetes: inde cæteros percucurrit: & tactos. Nã marcomannoꝝ spoliis ĩsignibus quendã editũ tumulum i trophei modum excoluit. Inde ualidissimas nationes: cheruscos: sueuos & sicambros pariter aggressus ẽ. Qui uigĩti cẽturionibus incrematis hoc uelut sacramẽto sũpserat bellũ. Adeo certa uictoriæ spe: ut prædã ĩ ãticessũ pactiõe diuiserĩt. Cherusci equos: Sueui aurũ & argẽtũ: Sicãbri: captios elegerãt. s; oĩa retrorsũ. Victor nãq; Drusus equos: pecora: torques eoꝝ: ĩposq; præda diuisit. & uendidit. Præterea

dit. Præterea ĩ tutelã ꝓuinciæ præsidia atq; ꝓuĩcias ubiq; disposuit. Per mosã flumẽ: per Albi;: p ĩsurgiã: p rheni qdẽ ripã qnq̄gĩta ã plı⁹ castella dirrexit. Bonam & genosiã cum põtibus iũxit: classib⁹q; firmauit. Inuisũ atq; ĩ accessũ i id tp̄us hyrciniũ saltũ patefacit. Ea deniq; ĩ germaĩa pax erat: ut mutati hoĩnes alia terra cælũ ipsũ mitius molli⁹q; solito uideret̃. Deniq; non p adulationẽ sed ex meritis defũcto ibi fortissimo iuuene: ipi ꝗ nũq̄ aliter senat⁹ cognomẽ ex ꝓuĩcia d̃dit. Sed difficilius ẽ ꝓuĩcias obtinere: q̄ facere. uiribus parant̃: iure retinent̃. Igit̃ breue id gaudiũ fuit. Quippe germani uicti magis q̄ domiti erãt: moresq; nostros: magisq̄ arma sub Impatore Druso suscipibãt. Postq̄ ille defũct⁹ ẽ: Vari Quĩtilii libidinẽ ac supbiã: haud secus: q̄ sæuitiã odisse cœperũt. Ausus ille agere cõuentũ & ĩ castris se dirrexerat: quasi uiolẽtiã & barbaroꝝ lictoris uirgis: & preconis uoce posset inhibere. At illi qui iã pridẽ rubigine oblitos ẽses: inertesq; cernerent equos: ut primum togas & sæuiora armis iura uiderunt: duce Arminio arma corripiunt. Cum interim tanta erat Varo pacis fiducia: ut ne prædita quidẽ & prodita per Segestẽ unũ ducũ cõiuratiõe cõmoueretur.

Itaq; ĩpuidũ & nihil tale metuẽtẽ ĩprouiso adorti: cũ ille (o securitas) ad tribunal citaret ũdiq; ĩuadũt. castra rapiũt: tres legiões opprimũt. Varus pditas res eodẽ quo cãnensẽ diẽ Paulus & fato ẽ & animo secutus. nihil illa cæde p paludes: pq; siluas cruẽtius: nihil ĩsultatiõe barbarorũ ĩtollerantius: præcipue tamẽ ĩ cãꝶ patronos: aliis oculos: aliis manꝰ ãputabãt. unius os sutũ recisa prius lingua: quã ĩ manu tenẽs barbarus: tãdẽ ĩqt: uipera sibilare desiste. Ipsius quoq; cõsulis corpus: qđ militũ pietas humi abdiderat: effossum. Signa & aqlas duas adhuc & barbari possidẽt. tertiã signifer priusq̃ ĩ manus hostium ueniret euulsit: mersaq; ĩtra baltei sui latebras gerẽs ĩcruẽta palude sic latuit. hac clađ factũ: ut ĩpiũ qđ ĩ littore oceãi nõ steterat ĩ ripa rheni fluĩnis staret. Hæc ad septẽtriõẽ.

s Vb meridiano tumultuatũ magis: q̃ bellatũ ẽ. Musulamas atq; getulos accolas syrtiũ Cosso duce cõpescuit: ũde illi getulici cognomen: latius uictoria patet. Marmaridas atq; garamãtas Turmio subigẽdos đdit. Potuit & ille redire marmaricus: sed modestior in æstimãda uictoria fuit.

a D oriẽtẽ plꝰ negocii cũ armẽis. huc alteꝶ Cæsar ex nepotibus suis misit. Ambo fato

breues sed al.

breues:sꝫ alter iglorius.massiliæ qppe Luci⁹ morbo soluit᷑.In licia Caius ex uulnere cū armeniā ad parthos se subtrahētē recipit .Armeios uicto rege Tigrane ī hoc unū seruitutis genus Pōpeius assueuerat : ut rectores a nobis acciperēt.Interīssū ergo ius :p hūc recupatū:nō īcruēto:nec iulto tamē certamīe. Quippe Dōnes quē rex artaxatis præfecerat:simulata pditiōe adortus uiꝶ ītentū libello:quē ut thesauroꝶ rōnē continētē ipse porrexerat:strictus ac recreatus ex uulnere ī tpus.cæteꝶ barbarus ūdiqꝫ infesto exercitu oppressus gladio.& pyra ī quā se percussus imisit:superstiti etiā Cæsari satisfecit.

S Vb occasu pacata fere erat oīs hispania: nisi quā pyrenei desinētis scopulis īhærētē citerior alluebat oceanus. Hic duæ ualidissīæ gētes Cātabri & Astures īmunes īpii agitabāt.Cātabroꝶ & peior & altior:& magis ptinax ī rebellādo aīmus fuit.Qui nō cōtēti libertatē suā defēdere:pximis ēt īpitare tētabāt:uacceosqꝫ & curinogos & aurigonas crebris īcursiōibus fatigabāt.In hos igit᷑ qa uehemētius agere nūtiabat᷑:nō mādata expeditio:sed sūpta ē.ipe ueit:segisamā castra posuit:inde partito exercitu totā ī diem amplexus cātabriā efferā gētē ritu ferarū:qua-

ſi ĩdagie debellabat. Nec ab oceano qes: cũ ĩfeſta claſſe ip̃a qucq; terga hoſtiũ cederẽt.
Primũ aduerſus cãtabros ſub mœnib⁹ belgicæ prœliatus ẽ. Hic fuga ĩ eminẽtiſſimum uinniũ montẽ: q̃ maria prius oceani: q̃ arma romana aſcẽſura eſſe crediderat. Tertio arracillũ oppidũ magna ui repuguat. captũ tamẽ poſtremo fuit: Medulli montis obſidio: quẽ ppetua. xv. miliũ foſſa cõprehẽſũ cĩxit.
Vndiq; ſimul adeũte romão: poſtq̃ extrema barbari uidẽt: certatĩ igne ferro inter epulas uenenoq;: qd' ibi uulgo ex arborib⁹ taxis ex primit' pcepere mortem: ſeq; pars maior a captiuitate: quæ uidebat': uĩdicauere. Hæc p Antiſtiũ Firmũ Aggrippam legatos hibernãs ĩ taraconis maritimis Cæſar accepit. Ip̃e p̃ſẽs hos deduxit mõtibus: hos obſidibus adſtrĩxit. hos ſub corona iuſ belli uẽdidit. Digna res lauro: digna curru: ſẽatui uiſa eſt: & Cæſar tãt⁹ erat: ut poſſet triũphos cõtẽnere.

a Stures per idem tẽpus ingenti agmĩe a mõtibus ſuis deſcẽderãt: nec temere ſũptus: ut barbaris ĩpares & poſitis caſtris apd' ſcuram flumen trifariam indiuiſio agmine: tria ſimul romanorũ caſtra aggredi parant. fuiſſet ãceps & cruentũ: & utinã mutua clade certamẽ. tũc tã fortibus: etiã ſubito: tam

cum conſilio

cũ cõsilio ueniẽtibus:nisi drigecini ꝑdissẽt. A qbus præmonitus Carisiꝰ cũ exercitu aduenies oppressisset cõsilia. Sic tamen quoqꝫ nõ ĩctuẽto certamĩe:reliquias fusi exercitus ualidissimi ciuitas lancia excepit. Vbi loci adeo certatũ ẽ:ut ĩ captã urbẽ fasces poscerẽtur:ægre dux ĩpetrauit ueniã:ut uictoriæ romanæ stãs potius esset:q̃ ĩcẽsa monumentũ.

h Ic finis Augusto bellicoꝝ certaĩnũ fuit. Idẽ rebellãdi finis hispaniæ. certa mox fides & æterna pax:cũ ipsoꝝ ĩgenio in pacis partes promptior:& cũ consilio Cæsaris:qui fiduciã montiũ timẽs:ĩ quos se recipiebãt: castra sua sed quæ ĩ plano erant habitare & ĩcolere iussit. Ingẽtis esse cõsiliũ illud obseruari caput. Natura regionis circa se omnis aurifera:miniiqꝫ & chrysocollæ & alioꝝ coloꝝ ferax. Igit̃ exerceri solũ iussit. Sic astures ut latẽtes ĩ ꝓfundo opes suas atqꝫ diuitias:dum aliis quærunt nosse cœperunt.

o Mnibus ad occasum & meridiẽ pacatis gẽtibus:ad septẽtrionem quoqꝫ dũtaxat ĩtra rhenũ atqꝫ danubiũ. Itẽ ad oriẽtẽ intra eurum & euphraten:nili quoqꝫ reliqui: qui ĩmunes imperii erant:sentiebant tamẽ magnitudinem: & uictoriam gentium populi romani reuerebãtur. Nam & scythæ misere

Allen c/c/. 3/30/92

legatos : & Sarmatæ amicitiam petentes : Seres etiam habitantesque sub ipso sole Indi cum gemmis & margaritis elephãtos quoq; inter munera trahentes nihil magis q̃ longinquitatem uiæ imputabãt. quadriẽniũ impleuerant : & tamen ipse hominũ color ab alio uenire sole fatebatur. Parthi quoq; (quasi uictoriæ pertineret) rapta clade crassiana ultro signa rettulere. Sic ubiq; cuncta atque continua totius generis humani : aut pax fuit : aut pactio. Ausus q; tandẽ Caius Augustus septĩgẽtesimo ab urbe cõdita ãno Ianum geminũ claudere : bis ante se clausũ sub Numa rege : & uicta primũ carthagiẽ. Hinc conuersus ad pacem pronum ĩ omĩa mala : & in luxuriã fluens sæculũ grauibus seuerisq; legibus multis coercuit. Ob hæc tot facta ingentia dictator perpetuus : & pater patriæ. Tractatum etiam in senatu : an quia condidisset imperium Romulus uocaretur. Sed sanctius & reuerentius uisũ est nomen Augusti : ut scilicet iam tum dũ colit terras ipso nomine & titulo cõsacraret.

.L. Flori epithomatis liber ultimus.

.:FINIS:.





